MASTER NEGATIVE NO. 92-80754-4

AUTHOR:
ROSBERG, MARCUS

TITLE:
DE PRAEPOSITIONIBUS APUD HOMERUM, . . .

PLACE:
UPSALIAE

DATE:
1868

Master Negative #

92-80754-4

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Rosberg, Marcus.

De praepositionibus apud Homerum, quae cum solo genitivi casu conjunguntur. I. ἀπό... Upsaliae, Schultz, 1868.

44 p. $22\frac{1}{2}$ cm.

Thesis. Upsala.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB

DATE FILMED: 9/21/92 INITIALS S.M

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

no. 2

DE PRÆPOSITIONIBUS APUD HOMERUM, QUÆ CUM SOLO GENITIVI CASU CONJUNGUNTUR.

I.

ΑΠΟ

COMMENTATIO ACADEMICA

QUAM

PERMISSU AMPL. ORD. PHILOS. UPSAL.

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

P. P.

MARCUS ROSBERG

PHIL. CAND. CALM.

IN AUDITORIO GUSTAVIANO MAJORE

A. D. XI CAL. DECEMB.

H. P. M. S.

UPSALIÆ,

TYPIS DESCRIPSIT W. SCHULTZ.

MDCCCLXVIII.

Quantopere omnino ad quamvis linguam penitus pernoscendam et intelligendam intersit, vetustissima ejusdem linguae monumenta satis cognita habere et percepta, fugit quidem neminem. Sive enim primarias verborum formas et significationes, sive multiplices et varias eorum inter se rationes quaesiveris, ex illis ipsis monumentis velut ex ipsis linguae fontibus esse hauriendum facile invenies. Quod si omnino in uniuscujusque fere populi linguam valet, valet sine dubio plurimum in linguam Graecorum. Vix enim ullum populum inveneris, cujus vetustissima literarum monumenta ad tam altum gradum praestantiae et perfectionis pervenerint, quam apud Graecos carmina illa Homerica. Quae quidem quanti fuerint momenti non solum ad ipsam animi ingeniique indolem totius populi excolendam, sed ad linguam perficiendam, ex eo intelligi licet, quod, quum optima educationis ingenuae honestaeque fundamenta haberentur, omnes fere ea edidicerunt pulcherrimosque inde ceperunt humanitatis fructus, et quod omnes insequentis temporis scriptores non potuerunt non sermone Homerico affici, in quo ipsius linguae quasi lineamenta videbantur simpliciter atque perspicue ante oculos posita. Quo factum est, ut ab Homero et leges posterioris linguae proficiscerentur et praecepta, ne dicam de ingenio illo, suavitate quadam imbuto poetica, quod ex universis fere Graecorum scriptis spirare sentimus [1]).

Quae quum ita sint, facile est intelligere, quantam ad veram et literarum et linguae Graecorum cognitionem habeant vim carmina illa Homerica. Neque vero umquam defuerunt,

---

1) Cfr. Bernhardy., Wissenschaftl. Syntax der Griech. Sprache, Berlin 1829, pag. 2 sqq. — Kuehner., Ausf. Gram. der Gr. Sprache. Hannover 1835, II. § 505.

qui, quum in studio literarum Graecarum versarentur, operam et laborem in illis interpretandis et commentandis collocarent. Quamvis igitur multa et eximia ad consuetudinem sermonis Homerici illustrandam jam contulerint doctissimi viri, restant tamen multa, quae diligentiore quaestione indigere videantur [1]). Quod haud scio an praecipue dici possit de particulis, quae, quum multis variisque modis cum aliis verbis conjungantur eoque ad subtilitatem et elegantiam sermonis magnopere conferant, dignissimae videntur esse, quarum usum diligenter perscrutemur. Atque ex illis particulis, quae vocantur, quum multa habeant praepositiones digna, quae animadvertantur, earum rationem atque naturam in universum paucis attingere, a re nobis proposita haud alienum esse putavimus.

Ac primum quidem inter omnes constat, generales illas relationes, quae motum (quo, unde) et quietem (ubi) indicant, solis casuum formis principio exprimi [2]). Quum vero lingua magis magisque excoleretur, tam late et varie sensim diffundebantur relationes illae, ut ad eas exprimendas casus soli non sufficerent, quare mox definitione accuratiore opus erat. Atque ut partibus definitionis ejusmodi accuratioris fungerentur, ad casus, vim suam tamen semper obtinentes, adverbia loci accesserunt, quae, quum principio quasi sui juris essent, paullatim tamen, vim casuum affectantia eamque magna ex parte obtinentia, adverbialem suam significationem deposuerunt, ita ut a scriptoribus solutae orationis posterioris aetatis non adhiberentur, nisi casibus adjuncta [3]), quumque iis praeponerentur, inde praepositiones appellata sunt [4]). Si vero sermonis Homerici con-

1) Cfr. Krueger., Gr. Sprachl. Berlin 1862, II. 68. 50. 8.

2) Cfr. Hartung., Ueber die Casus, Erlangen 1831, pag. 6 sqq.

3) De exceptione, vide Kreuger., l. c. I. 68. 2. 2. Ceterum monendum est, neque adverbia, praepositionum loco interdum usurpata, neque improprias, quae vocantur, praepositiones, hic respici. Cfr Krueger., l. c. I. 68. 2. 1.

4) Cfr. Curtium, Grundzüge der Griech. Etymologie, Zweite Aufl., Leipz. 1866. pag. 37. — Thiersch., Griech. Gram., Leipz. 1826, § 260. 1, 2. — Bernhardy., l. c. pag. 195.

suetudinem in casibus et praepositionibus adhibendis consideraveris, solis casuum formis invenies et omnes illas relationes generales exprimi posse, et praepositiones non solum cum casibus jungi, verum etiam casibus carentes primariam suam adverbialem vim et potestatem obtinere. Jam vero, quum in collocatione praepositionum cum verbis, quod παράθεσις vocatur [1]), vinculum eorum solutum esse atque laxum eo indicetur, quod et reduplicatio et augmentum semper fere [2]) interponitur [3]), solutius etiam atque laxius illud vinculum apud Homerum inde fit, quod non solum una vel duabus, verum etiam pluribus saepissime vocibus praepositio invenitur remota a verbo illo, quocum unam quasi notionem efficit, id quod improprie [4]) tmesin vocant.

Hac praepositionum Homericarum ratione efficitur, ut in dubium interdum vocari possit, utrum ad verbum, an ad casum quendam referenda sit praepositio, an pro adverbio sit accipienda. Sed tanta est his de rebus doctissimorum virorum dissensio, vix ut aliquid certum atque fixum statui posse videatur, nisi omnibus locis uniuscujusque praepositionis diligenter examinatis atque inter se comparatis. Quum igitur aliquantulum ad has res explicandas conferre cuperem, apud me constitui omnes Homeri locos colligere, ubi praepositiones eae, quae cum solo genitivi casu conjungi solent, invenirentur, id saltem me effecturum sperans, ut copiam exemplorum praeberem, in quibus disponendis alii et melius et majore cum fructu operam possent navare. Ex locis ita congestis, hic separatim attuli omnia exempla praepositionis ἀπό; in quibus describendis in Iliade

1) Cfr. Krueger., l. c. I. 28. 14. 5., II. 68. 46. 1.

2) Apud Homerum sine exceptione id fieri, monet Curtius l. c. p. 38.

3) Eandem esse rationem in lingua sanscrita Curtius (pag. 37) dicit.

4) Recte enim judicasse nobis videtur Fritschius (Vergleich. Bearbeit. d. Griech. und Latein. Partikeln, Giessen 1858, II. pag. 8): "dieser Name (tmesis) beruht auf der irrigen Ansicht, als gehe die Verbindung der Trennung voraus und liege dieser zu Grunde, während doch der historische Gang der Sache gerade der umgekehrte ist."

editionem Bekkeri [1]), in Odyssea vero LaRochianam [2]) illam secutus sum.

Quid denique in interpretando spectandum esse putaverim, restat, ut paucis commemorem. Satis constat, omnia quaecunque percipiantur, primum sensibus subjici atque primariam uniuscujusque verbi significationem locum respicere et sensus [3]). Quod si ita est, facile apparet, primariam illam verborum significationem in lingua antiquissima potissimum esse quaerendam.

---

1) Carmina Homerica, I. Ilias, Bonnae 1858.

2) Homeri Odyssea I—II. Lipsiae MDCCCLXVII—VIII.

Libros Editorum et Commentatorum, quos praeterea in hoc opusculo componendo adhibui, hi sunt:

Ameis, Homers Odyssee, Dr. Aufl. Leipzig 1865—68.
„ Anhang zu Homers Odyssee. „ „
Bekker, Scholia in Homeri Iliadem, Tom. I. Berolini 1825.
„ Carmina Homerica, II. Odyssea, Bonnae 1858.
Clarke, Homeri Odyssea, Edit. quarta, Londini 1810.
Crusius, Homeri Odyssea, Heft. 1—3 (Dr. Aufl.), 4—6 (Zw. Aufl.), Hannover 1844—53.
„ Homeri Ilias, Heft 1 (Dr. Aufl,), 2—6 (Zw. Aufl.), Hannover 1847—52.
Dindorfius, Scholia Graeca in Homeri Odysseam, Oxonii MDCCCLV.
Düntzer, Homeri Ilias, Paderborn 1866.
Eustathii Commentarii ad Homeri Iliadem, Tom. I—IV, Lipsiae MDCCCXXVIII—XXX.
„ ad Homeri Odysseam, Tom. I—II, Lipsiae MDCCCXXV—VI.
Faesi, Homers Iliade, Vierte Aufl., Berlin 1864—65.
Heyne, Homeri Ilias, Tom. I—VIII, Lipsiae MDCCCII.
Koch, Homers Iliade. Erstes Heft, Hannover 1868.
„ Homeri Ilias (von Crusius) in neuer Bearbeitung. Heft 4—6 (Dr. Ausgabe), Hannover 1863—64.
Köppen, Erklärende Anmerkungen zu Homers Ilias, Band 1—6, Hannover 1802—21.
Nitzsch, Erklärende Anmerkungen zu Homer's Odyssee, Band I—III, Hannover 1826—40.
Spitzner, Homeri Ilias. Gothae et Erfordiae MDCCCXXXII—VI.

3) Cfr. Hartung., l. c. pag 4. — Kuehn. c. II. § 503.

Et eam ob causam et quum ad ipsam poesis epicae naturam pertinere videatur [1]), omnia fere ante oculos ponere atque ad sensus referre, locum et sensus respicientem verborum vim apud Homerum diligenter esse tenendam putavi. Quum igitur in praepositione ἀπό quaereretur, utrum localem, an temporalem causalemve vim teneret, localem vim ubique fere statuendam esse censui. Qua in re haud scio an et Commentatores et Grammatici cultioris linguae usum magis respexerint. Sed si aliquis scriptor e se ipso et suo tempore est interpretandus, certe est Homerus; quare analogiae Homericae plurimum sine dubio est tribuendum. Jam vero, quum haud dubie omnes cujusdam verbi significationes e primaria exeant velut ex arbore rami, eorum sententiam nullo modo probandam esse putavi, qui in praepositionibus unam alterius loco poni posse censeant. Quacunque enim in conjunctione praepositio quaedam usurpatur, e se ipsa et sua ipsius natura explicanda est et interpretanda [2]). Quod si id minus fieri potest, falsa vel certe suspecta ipsa scriptura fortasse putanda est.

Denique in re, quam tractandam suscepi, eam viam ingrediendam esse putavi, primum ut quaenam praepositionis ἀπό vis esset propria atque primaria constitueretur, deinde ut exempla collecta in ordinem quendam redacta afferrentur, postremo omnes praepositionis ἀπό tmeses enumerarentur.

---

1) Giseke., Die allmäliche Entstehung der Gesänge der Ilias, Göttingen 1853, pag. 18: "im ursprünglichen Epos war der Ausdruck dem Gedanken adäquat; der Hörer brauchte, um die ganze Sachlage vorzustellen, nichts aus seinem eigenen Geiste hinzufügen".

2) Recte igitur hac de re judicasse nobis videtur Hermannus (de Emend. rat Gr. Gram.) pag 107. Cfr. Lehrs., Quaest. Epicae, Regimontii MDCCCXXXVII, pag 86. § 6.

Primum quidem quid significet vocabulum ἀπό, si quaeritur, et etymon[1]) hujus vocis et apud Homerum usum[2]) respicientes, eam primariam atque propriam ejus statuendam esse vim et potestatem censemus, ut quum proprio sensu tum translato *separationem*[3]) significet duarum rerum, quae aliquo modo inter se erant conjunctae, ita tamen ut ante separationem res illa quae separatur, saepissime in altera inclusa non cogitetur, sed extrinsecus quasi ei rei apposita, ex qua sejungitur[4]).

Ita significatione praepositionis principali, e qua velut ex fonte ceterae omnes profluunt, constituta, sequitur, ut omnem exemplorum copiam afferamus, quae sub uno quasi aspectu collocare jam conabimur.

A. Localis significatio.

I. Ἀπό in locutionibus, quae motus notionem habent.

Motus ipse separans in tres partes fieri potest, et in superiorem locum (κ. 99. κάπνον ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα), et ad inferiorem (*A*. 532. ἡ εἰς ἅλα ἆλτο ἀπ' Ὀλύμπου), et per aequum (*K*. 341. ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ).

Verba motus apud Homerum, e quibus praep. ἀπό pendet, haec sunt:

1 α) *verba eundi, veniendi eorumque similia.*

ἀίσσω — ἄκοντες

Λ 553. *P* 662. ἀΐσσουσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν[5]).

1) "ἀπό von, (ἄψ fort, zurück). — Skt. *apa* weg, fort, zurück, als Praep. mit Abl. von-weg. — Zd. *apa* mit Abl. von, *apa-na* entfernt. — Lat. ab (a, af—au-), abs. — Goth. af (ἀπό, ἐξ) —ahd. aba". Curtius. l. c. pag. 237. — Cfr. Pott. Etym. Forsch. aut dem Gebiete der Ind-Germ. Sprache, Lemgo 1833, I. pag. 109.

2) Cfr. Hartung. l. c. Vorrede III.

3) Cfr. Krueg., l. c. I. 68. 16. — Thiersch., §. 261. 4. — Giseke. l. c. pag. 163.

4) Praepositio ἐκ contra interiorem quandam conjunctionem indicat. Cfr. Hartung., l. c. pag. 76.

5) De accentu praepositionis adjectivo et substantivo interpositae omnes fere editores cum Aristarcho et Hermanno (in em. rat. Gr. Gr. pag. 109) in eo consentire videntur, quod eum in ultima syllaba retinent, quum adjectivum antecedit, quum vero sequitur, retrahunt.

N 65. ὣς ἀπὸ τῶν ἤϊξε Ποσειδάων ἐνοσίχθων.

Ἀπό de rebus, παρά de personis, quae separantur, proprie dici veteres grammatici tradunt[1]). At permulti sunt loci apud Homerum, ubi ἀπό de duabus personis, quae separantur vel sunt separatae, adhibetur[2]).

κ 99. κάπνον — ὁρῶμεν ἀπὸ χθονὸς ἀΐσσοντα.

ἅλλομαι

A 532. εἰς ἅλα ἆλτο ἀπ' αἰγλήεντος Ὀλύμπου,

M 390. ἂψ δ' ἀπὸ τείχεος ἆλτο

Π 733. 755. ἀφ' ἵππων ἆλτο χαμᾶζε,

ἀνακηκίω

πολὺς δ' ἀνεκήκιεν ἱδρώς

Ψ 508. ἵππων ἔκ τε λόφων καὶ ἀπὸ στέρνοιο

Hoc loco ἐκ et ἀπό praepositiones nullo fere discrimine significationis usurpantur et ἀπό variandi solum causa adpositum esse videtur[3]). Similis locus est in κ 350.

ἀνίστημι

Σ 410. ἀπ' ἀκμοθέτοιο πέλωρ ἀνέστη

βαίνω

P 112. — ἀέκων δέ τ' ἔβη ἀπὸ μεσσαύλοιο.

Φ 529. ὃ δ' οἰμώξας ἀπὸ πύργου βαῖνε χαμᾶζε,

βλώσκω — ἔλπεται ἤματα πάντα

Ω 492. ὄψεσθαι φίλον υἱὸν ἀπὸ Τροίηθε μολόντα.

Praeter Bekker. ita quoque legunt Heyn., Faesi., Koch[4]).

1) Cfr. Pape, Handwörterbuch der Griech. Sprach., Braunschweig, 1866, ἈΠΟ. II. A. — Schol. V. ad. *M*. 114.

2) Hujus praepositionis ἀπό usus haec praeterea inveniuntur exempla: *B* 292. *Δ* 535. *E* 343, 626. *Z* 62. *I* 437, 444. *Λ* 242, 556. *N* 148, 688, 702. *O* 244. *P* 113, 498, 665. — α 49. η 152. ϑ 41:. ο 96. 517. π 171. φ 364. ψ 110.

3) Contra propriam suam vim obtinet utraque praepositio in *B* 659, 849, 877. *Ξ* 154. *O* 531, 714. *Π* 288. υ 103., ubi ab eodem verbo pendet. — Cfr. Fritsch., l. c. pag. 28 (E). *Θ* 213. *Π* 365. alia subest ratio.

4) In Commentario suo formam Τροίηθε tamen in dubium vocat.

Scripturam vero suspectam reddit illud *Τροίηθε*, *ν* finali omisso. Repugnat enim illa forma his verbis Apollonii [1]: *ἡ κατάληξις ἡ δια τοῦ θεν οὐδέποτε τὸ ν ἀποβάλλει· τὸ γὰρ Λεσβόθεν οὐκέτι Λεσβόθε, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων*, quae in adverbia in *θεν* exeuntia, ab nominibus et propriis et appellativis profecta, valere Lobeckius l. c. confirmat [2]. Accedit — etsi minoris est momenti — ad lectionem infirmandam illud *μολόντα;* conjungit enim semper poeta: *ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι* I 38. *Τροίηθεν ἰόντες γ*. 276. *δ*. 488. Cfr. Spitz. Quod quum ita sit, recte Spitzner nobis videtur recepisse scripturam olim vulgatam: *ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντα*, quae Eustathii (1360. 44) auctoritate quoque confirmatur. Spitznerum secutus est Duentzer. Crusius *μολόντα* retinens *Τροίηθεν* legit.

In *ἀπό* praepositione cum *Τροίηθεν* juncta quaeri potest, utrum praepositio abundare putanda sit, ut Seilero [3]) aliisque visum est, necne. Qua in re dijudicanda vix tamen haesitaveris. In eo enim omnes fere Grammatici [4]) consentire videntur, quod existimant syllabas illas *θε(ν)*, *φι(ν)*, *θι* substantivis adjunctas apud Homerum casuum flexionum partibus saepissime fungi. Quod si ita est, nihil impedit, quominus illud *Τροίηθεν* h. l. accipiamus pro genitivo *Τροίης*, quod acuratius definitur accessione praepositionis *ἀπό*. Non esse igitur nobis videtur, cur h. l. et similibus praepositionem supervacaneam esse putemus.

δύω

Η 131. *θυμὸν ἀπὸ μελέων δῦναι δόμον Ἄιδος εἴσω.*

Quamquam hoc loco et similibus, ubi conjunctio quaedam inte-

1) Apud Lobeckium (Pathologiae Graeci sermonis Elementa, Regimontii 1862) II. pag. 146.

2) Cfr. praeterea Buttmann., Ausführl. Griech. Sprachlehre, Berlin 1839. II. §. 116. 4. 1.

3) Griech-Deutsch. Wörterbuch über die Gedichte des Homeros und der Homeriden. Leipzig, 1863. *ἀπό* B. 1. a.

4) Cfr. Krueg. l. c. II. §. 19. 3. e. — Kuehn. l. c. II. §. 512. 3. — Thiersch., l. c. §. 177. — Matthiæ., (Ausführlich Griech. Gram., Leipzig. 1835.) I. §. 87. 2. — Hartung., l. c. pag. 13. — Goettling., (Allgemeine Lehre vom Accent der griech. Sprach. Jena, 1835) pag. 348.

rior magis indicatur, *ἐκ* praepositionem exspectes, tamen apparet, *ἀπό* non pro *ἐκ* adhiberi, ut h. l. Koeppenius et Crusius volunt, sed suam ipsius significationem obtinere.

εἶμι

Κ 336. *βῆ δ'ἰέναι προτὶ νῆας ἀπὸ στρατοῦ.*

Λ 556. *ὣςΑἴας τότ' ἀπὸ Τρώων — ἤιε*

Ρ 665. *ὣς ἀπὸ Πατρόκλοιο — Μενέλαος — ἤιε.*

Σ 215. *στῆ δ'ἐπὶ τάφρον ἰὼν ἀπὸ τείχεος,*

Schol. V. sine ulla causa explicantem *ἄπωθεν τοῦ τείχους* secuti sunt Koeppen., Duentzer, Gynther [1]). Recte contra Heyneus explanat: *στῆ, ἰὼν ἐπὶ τάφρον ἀπὸ τείχεος*, eique assentiuntur Crusius et Kochius.

ι 38. *ἀπὸ Τροίηθεν ἰόντι.*

τ 275. *Τρινακίης ἄπο νήσου ἰών·*

ἕπομαι

Δ 91. *οἵ ἕποντο ἀπ' Αἰσήποιο ῥοάων.*

ἔρχομαι

Η 25. *ἦλθες ἀπ' Οὐλύμποιο*, Cfr. **Η** 35.

Κ 341. *ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ*, Cfr. **Κ**. 385.

Π 364. *ὡς δ'ὅτ' ἀπ' Οὐλύμπου νέφος ἔρχεται*
αἰθέρος ἐκ δίης.

Schol. A: *ὅταν λέγῃ "ὡς δ'ὅτ ἀπ' Ουλ. ν. ε." ἀπὸ ὄρους σημαίνει.* — Praep. *ἐκ* h. l. et Eustathius (1064. 23) et omnes fere commentatores in temporalem vim accipiunt.

Λ 715, **Σ** 167. *ἄγγελος ἦλθε θέουσ' ἀπ' Ολύμπου·*
φιλότης τε καὶ εὐνή,

Ο 33. *ἣν ἐμίγης ἐλθοῦσα θεῶν ἄπο καὶ μ'ἀπάτησας.*

Schol. A: *οὔτε παρὰ Ζενοδότῳ οὔτε παρ' Αριστοφάνει ἦν· καὶ μή ποτε περιτός ἐστιν.* Ac praeterquam quod sententia jam superiore versu absoluta est, offendit illud *ἣν ἐμίγης*, quippe quum nullo alio loco apud Homerum verbum *μίγνυμι* hac significatione usurpetur cum accusativi casu conjunctum [2]).

1) De usu praepositionum apud Homerum. Epistola ad Wolfium, Halis Saxonum, MDCCCXIV. pag. 20.

2) Cfr. Seiler. l. c. *μίγνυμι*. c.

Eustathius (1004. 3) ad ellipsin confugiens [1]) versum defendit. At de ellipsi praepositionum minime esse cogitandum, docet Hermannus in adnot. ad Vigerum [2]). Contra verba illa *μ' ἀπατήσας*, antecedente paulo ante (v. 31) *ἀπατάων*, nullo jure — si est retinendus hic versus — Kochium offenderunt, nam consulto posita esse possunt, ut animum loquentis ira turbatum depingant; id quod fortasse totum versum defendere potest. Utcunque est, omnes fere editores versum nullis uncis inclusum in contextum verborum receperunt.

X 43. *ἤ κέ μοι αἰνὸν ἀπὸ πραπίδων ἄχος ἔλθοι* [3]).
Ω 401. *νῦν δ'ἦλθον πεδίονδ' ἀπὸ νηῶν.*
Ω 514. [*καί μοι ἀπὸ πραπίδων ἦλθ'ἵμερος ἠδ'ἀπὸ γυίων*],

Causis a Schol. A. allatis omnes fere editores adducti hunc versum ut poetae sermoni contrarium damnant.

κακὸν ἤλυθε δῖος Ὀρέστης
γ 307. *ἂψ ἀπ' Ἀθηνάων,*
ι 462. *ἐλθόντες δ'ἠβαιὸν ἀπὸ σπείους τε καὶ αὐλῆς*
υ 162. *γυναῖκες — ἦλθον ἀπὸ κρήνης.*

θέω
θ 193. (*λᾶος*) *ῥίμφα θέων ἀπὸ χειρός*

θρώσκω
N 588. *ὡς δ'ὅτ' ἀπὸ πλατέος πτυόφιν θρώσκωσιν κύαμοι*
O 313. *ἀπὸ νευρῆφι δ'οἰστοί — θρῶσκον.*
Π 773. *ἰοί τε πτερόεντες ἀπὸ νευρῆφι θορόντες.*
ψ 32. *ἣ δ'ἐχάρη ἀπὸ λέκτροιο θοροῦσα*

---

1) *Τὸ δὲ ἣν ἐμίγης, προθέσεώς τε καὶ ἀντωνυμίας ἔλλειψιν ἔχει. λέγει γὰρ τὸ, καθ' ἣν ἐμίγης μοι.*

2) De Graecae Dictionis idiotismis (ed. IV) pag. 875.

3) Reliqua exempla praepositionis *ἀπὸ* usus in locutionibus translatis haec sunt: *A* 562 *ἀπὸ θυμοῦ.* — *H* 359, *M* 233 *ἀπὸ σπουδῆς.* — *K* 324 *ἀπὸ δόξης.* — *Σ* 272, *X* 454 *ἀπ' οὔατος.* — *Ψ* 53 *ἀφ' ὀφθαλμῶν.* — [*Ω* 514]. — *Ω* 725. *ἀπ' αἰῶνος.* — *λ* 344 *ἀπὸ σκοποῦ οὐδ' ἀπὸ δόξης.* — *λ* 503 *ἀπὸ τιμῆς.* — *χ* 316 *κακῶν ἄπο.*

ἱκάνω
Σ 214. *ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος κεφαλῆς σέλας αἰθέρ' ἵκανεν.* Cfr. T. 379.

ἱκνέομαι *οὔ μ' ἔτ' ἐφάσκεθ' οἴκαδ ἱκέσθαι*
χ 36. *δήμου ἄπο Τρώων,*

ἵκω
B 457. *ὣς τῶν ἐρχομένων ἀπὸ χαλκοῦ αἴγλη — οὐρανὸν ἷκεν.*

Hos versus simul cum duobus antecedentibus infra textum posuit Bekker.

κελαρύζω
Λ 812. *ἀπὸ δ'ἕλκεος ἀργαλέοιο αἷμα μέλαν κελάρυζε,*
E 323. *ἣ* (*ἅλμη*) *οἱ πολλὴ ἀπὸ κρατὸς κελάρυζεν.*

κίω
P 113. *ὣς ἀπὸ Πατρόκλοιο κίε ξανθὸς Μενέλαος.*
π 156. *ἀπὸ σταθμοῖο κιὼν Εὔμαιος.*

νέομαι *οὐδ' ἄρ' ἔμελλον νέεσθαι*
P 498. *αὖτις ἀπ' Αὐτομέδοντος.*

οἴχομαι *ὦκα δὲ θυμός*
N 672, *Π* 607. *ᾤχετ' ἀπὸ μελέων,*

(*ὄλλυμι*)
Ω 725. *ἆνερ, ἀπ' αἰῶνος νέος ὤλεο,*

Magnam hic locus difficultatem commentatoribus praebuit. Atque negari non potest, scriptura illa *ὤλεο* retenta, rem esse difficilem ad explicandum, nisi forte cum Gisekeo (pag. 168) putes, illud *ἀπ' αἰῶνος* supervacaneum esse.

Sed aliter rem expedire conati sunt interpretes. Quorum Gynther (pag. 20) hunc locum accipit in similitudinem exemplorum, ubi fortiorem illam vim "procul ab" habet praepositio *ἀπό*; eandemque sententiam habere videtur Koeppenius. At "procul a vita mori" quid sibi velit, vix intelligi licet. Aliam explicandi rationen iniit Heyneus, qui *ἀπ' αἰῶνος* cum *νέος* jungens ita vertit: "aetate adhuc juvenis". Heyneum secutus est

Hoffmannus [1]): "jung von Jahren". Hanc vero explicationem tamen eam ob rem plane rejiciendam esse censeo, quod et ab significatione et usu praepositionis *ἀπό* apud Homerum prorsus abhorret. Recte contra judicat Hoffmannus tmesin — id quod Gynthero quoque minus placet — h. l. non esse accipiendam. Si igitur Heyn. et Hoffmann. praepositioni tribuerunt significationem nullo modo probabilem, nullam sane ei addunt Crusius et Duentzer, hunc locum in similitudinem X 58. (*αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς*) perverse interpretantes. Restat, ut afferam sententiam Kochii, qui *ὤλεο* praegnanter accipiens ita explicat: "*ἀπ' αἰῶνος οἴχεο ὀλλύμενος*, de vita excessisti morte". Quae quidem explicatio, etsi antecedentibus multo melior, quippe quae propriam suam vim praepositioni tribuat, paulo contortior tamen nobis videtur.

Quae quum ita sint, observatione digna videtur scriptura illa *ᾤχετο* [2]) (vel rectius fortasse *ᾤχεο*, ut est in annotatione apud Bekkerum ad hunc locum), quam exhibent scholia et in Codicem Harleianum [3]) et in ceteros Codd. Qua quidem scriptura probata et recepta nullam sane praebebit difficultatem hic locus et sententia perspicua fiet et aperta: *ἀπ' αἰῶνος νέος ᾤχεο.* Quod si mutationem non velis, in explicatione Gisekei vel Kochii fortasse acquiescendum est.

ὀρούω

N 505, [*Π* 615] *ἐπεὶ ῥ' ἄλιον στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ὄρουσεν.*

Π 614—15 et ab Eustathio et plurimis optimisque Codd. abesse Heyn. et Spitz. commemorant; neque eos requirit sententia jam superiore versu absoluta, quare, quum male huc traducti esse a *N* 504—5 videantur, omnes fere editores eos cancellis circumscripserunt.

---

1) Homerische Untersuchungen. II Die Tmesis in der Ilias. Erste Abteilung. §. 18. 2.

2) In Schol. ad Odysseiam. a. 1.

3) Scholia esse antiqua et optimae notae, Dindorfius monet, Praefat. V.

πολλὰς δὲ στίχας ἡρώων, πολλὰς δὲ καὶ ἵππων

Υ 327. *Αἰνείας ὑπέραλτο θεοῦ ἀπὸ χειρὸς ὀρούσας,*

Schol. A: *δύναται ἡ ἀπὸ καὶ ἀναστρέφεσθαι, ἵν' ᾖ ἀπὸ θεοῦ, καὶ φυλάσσειν τὸν τόνον, ἵν' ᾖ ἀπορούσας· ὅπερ καὶ βέλτιον.* Neutrum Heyneo placet, qui recte, ut nobis videtur, *ἀπό* praep. cum *χειρὸς* conjungit et *θεοῦ* genitivi possessivi locum obtinere censet. Qua de re Heyneo omnes fere commentatores assentiuntur. At in eo errare mihi videtur Heyneus, quod patiendi vim verbo *ὀρούσας* tribuens *ἀπό* praep. in causalem vim accipit, ita explicans: *διὰ, ὑπὸ χειρὸς ὀρνύμενος, φερόμενος;* eandemque explicandi rationem praeterea exhibent Koepp., Crus., Koch., Faesi., Duentz., cumque iis Matthiaeus in Gram. 1 c. II. pag. 1329. et Fritschius l. c. pag. 58 b). At intransitivam vim [1]) certe quidem apud Homerum habet verbum illud *ὀρούω*, quare h. l. eodem modo, quo in exemplo quod antecedit, est vertendum. Sed confuderunt, credo, commentatores quod dicitur in v. 325 cum verbis illis *θ. α. χ. ο.* Nam Aeneam actum esse manu dei, certe quidem negari non potest, sed hoc satis exprimitur per verba illa *ἀείρας ἔσσευεν* in v. 325, non per additamentum illud *θ. α. χ. ο.*, ubi localem vim tantum indicat praep. *ἀπό*. Me igitur judice, haec fere est hujus loci sententia: Aeneam e terra sublatum Poseidon impulit (*manu*, haud dubie, v. 325), ita ut ille, (impetu divino actus), multos ordines heroum multosque equorum transiliret, *e manu dei proruens* (i det att han). — Cfr. *Θ* 193.

πηδάω

Ξ 455. *χειρὸς ἄπο στιβαρῆς ἅλιον πηδῆσαι ἄκοντα,*

πίπτω

πολλὰ δὲ φάσγανα

Ο 714. *ἄλλα μὲν ἐκ χειρῶν χαμάδις πέσον ἄλλα δ' ἀπ' ὤμων.*

Interpretationem Schol. A: *τῶν ὤμων κοπτομένων τοῖς πελέκεσι καὶ τῶν καρπῶν σὺν τοῖς ξίφεσιν* omnes fere commentatores probare videntur.

---

1) Cfr. Pape l. c. *ὀρούω*.

O 435. νηὸς ἄπο πρυμνῆς χαμάδις πέσε,

Π 802. ἀπ᾽ ὤμων — ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε

ξ 129. βλεφάρων ἄπο δάκρυα πίπτει,

καταπίπτω

M 386. κάππεσ᾽ ἀφ᾽ ὑψηλοῦ πύργου. Cfr. *Π* 743.,

μ 414. κάππεσ᾽ ἀπ᾽ ἰκριόφιν

πλέω

ξ 252. ἀπὸ Κρήτης — ἐπλέομεν βορέῃ ἀνέμῳ

ῥέω

A 249. τοῦ καὶ ἀπὸ γλωσσῆς μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

προρέω

M 19. ὅσσοι ἀπ᾽ Ἰδαίων ὀρέων ἅλαδε προρέουσιν.

στείχω

B 287. ἐνθαδ᾽ ἔτι στείχοντες ἀπ᾽ Ἄργεος

στιχάομαι

B 91. ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων ἐστιχόωντο

φεύγω

Ξ 146. φεύγοντας προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.

Φ 557. δ᾽ ἀπὸ τείχεος ἄλλῃ — φεύγω πρὸς πεδίον

μ 120. φυγέειν κάρτιστον ἀπ᾽ αὐτῆς.

β) *Ejusdem generis magna est multitudo exemplorum, ubi verbum (participium quoddam) brevitatis causa omissum facile suppleri potest. Haec sunt:*

Λ 536, *Y* 501. ἃς ἄ ἀφ᾽ ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον

αἵ τ᾽ ἀπ᾽ ἐπισώτρων

Schol. A: ὁ γὰρ λόγος οὗτος, ἃς αἱ ῥανίδες ἔβαλλον αἱ ἀπό τε τῶν ἱππείων ὁπλῶν καὶ αἱ ἀπὸ τῶν ἐπισώτρων. Atque in omnibus fere exemplis his similibus satis constat scriptores atticos articulum adhibere.

O 314. πολλὰ δὲ δοῦρα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν

ἄλλα μὲν ἐν χροὶ πήγνυτ᾽ — Cfr. *Λ* 571,

quem versum simul cum iis, qui proxime antecedunt et sequun-

tur Bekker infra textum posuit. Omnes fere ceteri hos versus in textum receperunt.

N 137. μεμαώς, ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης

Π 528. ἀπὸ δ᾽ ἕλκεος — αἷμα μέλαν τέρσηνε.

Duentzer recte: ἀπὸ ἕλκεος, ῥέον. Faesius contra sine causa ἀπό ad τέρσηνε in tmesi refert.

πάντῃ δὴ πύργοι — αἵματι φωτῶν

M 431. ἐρράδατ᾽ ἀμφοτέρωθεν ἀπὸ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν

K 371. δηρὸν ἐμῆς ἀπὸ χειρὸς ἀλυξέμεν αἰπὺν ὄλεθρον

H. l. olim vulgo ὑπὸ χειρὸς scriptum esse Heyn. et Spitz. memorant. Nunc fere omnes ἀπό scribunt. In verbis jungendis recte Duentz. et Faesi. ὄλεθρον (ἐρχόμενον intell.) ad ἀπό χειρός referunt.

X 447. κωκυτοῦ δ᾽ ἤκουσε καὶ οἰμωγῆς ἀπὸ πύργου

A Faesio, Koch., Duentz. genitivi illi κω. et οι. recte cum ἀπὸ πύργου conjunguntur.

ὁππότε κεν δὴ πάντες ἐλαυνομένην προΐδωνται

ν 156. λαοὶ ἀπὸ πτόλιος,

κ 149. καί μοι ἐείσατο καπνὸς ἀπὸ χθονός

μ 187. πρίν γ᾽ ἡμέων μελίγηρον ἀπὸ στομάτων ὄπ᾽ ἀκοῦσαι,

ι 60. ἓξ δ᾽ ἀφ᾽ ἑκάστης νηὸς ἐυκνήμιδες ἑταῖροι ὤλονθ᾽·

Ulixes, quum socios e navibus (egressos) post pugnam in litore factam numerasset atque in singulas naves pariter distribuisset, sex in singulis navibus animadvertit eos numero esse minores — tot enim in pugna ceciderant — quam antea fuerant. Cfr, Nitzschium hunc ad locum et scholia (apud Dindorfium).

Σαρπηδὼν δ᾽ ἦρχεν Λυκίων

B 877. ἐκ Λυκίης, Ξάνθου ἄπο δινήεντος.

Praepositio ἀπό hic adhibetur ad locum accuratius definiendum. Ejusmodi exempla praeterea inveniuntur in *B* 659, 849. *Ξ* 154. *O* 531. *Π* 288.

ὅσσε δ᾽ ἄμερδεν

N 341. αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἄπο λαμπομενάων

Duentzer particip. *ἐλθοῦσα* supplet. Crusius de origine, de exitu potissimum cogitandum esse censet, etsi cum Koepp. et Kochio mentionem quoque facit loci cujusdam apud Lucretium II. 50 "fulgor ab auro", ubi ab auro pro auri positum esse volunt. At haud scio an h. l. et similibus apud poetas vividiorem quasi ipsius rei imaginem praepositio efficiat, quam si genitivus solus adhiberetur; quare cum Duentzero localem praepositionis vim h. l. tenendam esse censeo. — Cfr. *B* 457.

Σ 420. *ἀθανάτων δὲ θεῶν ἄπο ἔργα ἴσασιν.*
ζ 12. *Ἀλκίνοος δὲ τότ' ἦρχε θεῶν ἄπο μήδεα εἰδώς.*
θ 457. *Ναυσικάα δὲ θεῶν ἄπο κάλλος ἔχουσα.*
ζ 18. *πὰρ δὲ δύ' ἀμφίπολοι χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσαι.*

Omnibus his locis eadem subest explicandi ratio. Atque omnes fere in eo consentiunt, quod de discessu cogitandum esse existimant, sed quum plerique illum discessum intelligere causalem videantur, ita ut originem significet praepositio *ἀπό*, magis tamen inclinat animus ut cum Gisekeo (pag. 164) arbitrer, localem praepositionis vim his locis esse praeferendam. Praeter hanc interpretationem aliam quoque protulit Crusius (ad *ζ* 12), qua praepositio adhiberetur ad genitivum partitivum circumscribendum; atque eodem modo explicat haec duo exempla:

ε 40, *ν* 138. *εἴ περ ἦλθε λαχὼν ἀπὸ ληίδος αἶσαν,*

de quibus, *Σ* 327 (*λαχόντα ληίδος αἶσαν*) adductus, potius ei assenserim; at cfr. hac de re quae supra (ad *N* 341) attulimus.

τὰ δ' ἄρ' ὁμαρτήδην ὃ μὲν ἔγχεϊ ὀξυόεντι
N 585. *ἵετ' ἀκοντίσαι, ὁ δ' ἀπὸ νευρῆφιν οἰστῷ*
Cfr. *Φ* 113.

Ad sententiam (in *N* 585) explendam ex *ἀκοντίσαι*, quod antecedit, *βάλλειν* est capiendum (Heyn. Koepp. Crus. Kock. Duentz); recte enim Eustathius (924. 60): *οὐ γὰρ δήπου ὡς ὁ Μενέλαος δόρατι, οὕτως ἀκοντίζει τις καὶ διὰ νευρᾶς.* Lectionem h. l. *νευρῆφιν* (*ἰῶτα* subscr.) olim vulgatam omnes fere editores recentiores optimo jure sustulerunt, nam est pro *νευρῆς* et pendet a praep. *ἀπό*. Cfr. Heyn. et Spitz.

Λ 476. *ὅν τ' ἔβαλ' ἀνὴρ — ἰῷ ἀπὸ νευρῆς.*
Λ 664. *ἰῷ ἀπὸ νευρῆς βεβλημένον.*

Scripturae *ἀπαί* h. l. olim vulgatae libros repugnare Heyn. et Spitz. monent [1]). Recte igitur omnes fere editores recentiores h. l. *ἀπὸ* substituerunt. Praeterea quum nullo alio loco [2]) haec forma inveniatur, eam a sermone Homerico alienam putaveris.

Λ 675, *M* 306. *ἔβλητ' ἐν πρώτοισι ἀπὸ χειρὸς ἄκοντι,*

In causalem vim h. l. praepositionem accipiunt Fritsch. l. c. (pag. 58 b) et Hartung. l. c. (pag. 17). Sed quum localis praepositionis vis sua sponte quasi se offerat, nihil impedire nobis videtur, quominus eam vim teneamus; quare hos locos eodem modo interpretamur, atque eos, qui proxime antecedunt.

Θ 279. *τόξον ἄπο Τρώων ὀλέκοντα φάλαγγας*
Ω 605. *τοὺς Ἀπόλλων πέφνεν ἀπ' ἀργυρέοιο βιοῖο.*

Si *ὀϊστοῖς* suppleas — quod Eustathio (712. 55) et Heyneo placet — similes fiunt hi loci proxime autecedentibus; quare non magis hic quam illic de causali vi esse cogitandum puto. Contra Heyneus: "pro *διά, σὺν*", eodemque modo Koeppen.: "pro *ὑπὸ*". Quum vero *ἀπό* e primaria sua locali vi eam quoque in lingua perfectiore explicaverit, ut instrumentum, cujus ope quid paratur, significet, vix admonendum esse videtur, si h. l. illam vim necessario significatam velis, *ἀπό* non pro *διά* vel *σύν* vel *ὑπό* positum esse, sed propriam vim et suam usurpare.

οἳ δ' ἄρα δεῖπνον ἕλοντο
Θ 54. *ῥίμφα κατὰ κλισίας, ἀπὸ δ' αὐτοῦ θωρήσσοντο.*

Quamquam transitus quidam in temporalem vim h. l. esse videtur, tamen ex hoc uno loco, nullo alio confirmato, vix concludere liceat, praepositionem *ἀπό* apud Homerum temporalem vim explicasse; quare de locali discessu h. l. proprie esse cogi-

1) Cfr. Thiersch., l. c. § 166. 6. — Kuehner., l. c. I. § 365. 1. — Lobeck. l. c. II. pag. 223.

2) Uno loco (*ϱ* 398) in Var. Lect. apud LaRocheum formam *ἀπαί* solus exhibet Cod. Vindobon. quint., cujus textum tamen nullius esse pretii LaRocheus in Proleg. VIII. dicit.

tandum, ut cum Gisekeo (pag. 164) censeam magis adducor. Contra omnes fere, Eustathium (697. 51) sequentes, temporalem vim praepositioni tribuunt. Quam si malis, non tamen pro *μετά* positum esse *ἀπό*, ut Eustath. et ex recentioribus Gynth. volunt, inde satis apparet, quod temporalis illa vis, e locali explicata, in praepositione ipsa inest.

2) *verba separandi, capiendi, spoliandi eorumque similia*[1]).

αἴνυμαι

ὃ μέν θώρηκα Ἀγαστρόφου

Λ 374. *αἴνυτ᾽ ἀπὸ στήθεσφι ἀσπίδα τ᾽ ὤμων.*

Heyneus et Duentzer sine causa tmesin accipiunt.

Λ 580, **Ν** 550. *αἴνυτο τεύχε᾽ ἀπ᾽ ὤμων.* Cfr. **Φ** 490.

φ 53. *ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον.*

αἱρέω

Ε 127. *ἀχλὺν δ᾽ αὖ τοι ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν ἕλον*

Ο 126. *ἔγχος — στιβαρῆς ἀπὸ χειρὸς ἑλοῦνα*

Eustath. (1008, 54): *ἀπὸ χειρὸς, ἢ ἐκ χειρὸς.* Nunc omnes fere *ἀπό*, plurimorum Codd. auctoritate confirmatum, (Cfr. Spitz.) habent.

Ω 578. *ἀπ᾽ ἀπήνης — ἥρεον ἀπερείσι᾽ ἄποινα.*

θ 88. *κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἕλεσκε*

Ε 209. *ἀπὸ πασσάλου ἀγκύλα τόξα ἑλόμην*

Ε 691, **Π** 655. *πολέων δ᾽ ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο.*

Η 121, **Π** 782, 846. *ἀπ᾽ ὤμων τεύχε᾽ ἕλοντο* Cfr. **Π** 650, 663, **Τ** 412

Ο 125. *τοῦ δ᾽ ἀπὸ μὲν κεφαλῆς κόρυθ᾽ εἵλετο καὶ σάκος ὤμων* Cfr. **Ζ** 472, **Ρ** 205.

Ι 335. *ἐμεῦ δ᾽ ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν — εἵλετ᾽,*

---

1) E verbis *αἴνυμαι, ἀνοίγνυμι, λάπτω, δρύπτω, ἀποδρύπτω, ἐέργαθον, κόπτω, σκεδάννυμι, συλάω* praepositionem *ἐκ* nusquam apud Homerum pendentem inveni, e verbo *τάμνω* duobus tantum locis in Iliade (**Γ** 273 **Λ** 844).

ζ 90. *ταί δ᾽ ἀπ᾽ ἀπήνης — εἵματα ἕλοντο* Cfr. *ο* 552[1]).

καθαιρέω (in tmesi)

Ω 268. *κὰδ δ᾽ ἄπο πασσαλόφι ζυγὸν ἥρεον*

ἀνοίγνυμι

Π 221. *χηλοῦ δ᾽ ἀπὸ πῶμ᾽ ἀνέωγεν*

Duentzer *ἀνέωγεν* praegnanter usurpatum ("öffnend nahm") recte putat. Heyneus *ἄπο* tenore retracto scribit; ceteri omnes fere h. l. et similibus accentum in ultima syllaba retinent[2]).

ἁρπάζω

Ν 527. *Δηίφοβος ἀπ᾽ Ἀσκαλάφου πήληκα ἥρπασε,*

ἀφύσσω

Α 598. *γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων*

Κ 588. *ἀπὸ δὲ κρητῆρος — ἀφυσσόμενοι λεῖβον*

δρύπτω *πρυμνὸν δὲ βραχίονα δουρὸς ἀκωκή*

Π 324. *δρύψ᾽ ἀπὸ μυώνων,*

ἀποδρύπτω

ε 434. *ὣς τοῦ πρὸς πέτρῃσι θρασειάων ἀπὸ χειρῶν ῥινοὶ ἀπέδρυφθεν·*

ἐέργαθον

Ε 147. *ἀπὸ δ᾽ αὐχένος ὦμον ἐέργαθεν ἠδ᾽ ἀπὸ νώτου* Cfr. **Λ** 437.

ἐρύω *ξ* 134. *ῥινὸν ἀπ᾽ ὀστεόφιν ἐρύσαι*

κόπτω

Ν 202. *κεφαλὴν δ᾽ ἀπαλῆς ἀπὸ δειρῆς — κόψεν*

λαμβάνω

Θ 194. (*λάβωμεν*) *ἀπ᾽ ὤμοιιν Διομήδεος — θώρηκα*

λάπτω

---

1) In Codd. ACP. h. l. *ἐπ᾽* invenitur; in Var. Lect. apud LaRocheum *ἐπ᾽* pro *ἀπ᾽* praeterea ab uno alterove Codice allatum inveni in *η* 169, *θ* 170, *φ* 300, *υ* 113, *ψ* 347; *ἐφ᾽* pro *ἀφ᾽* in *ι* 60; *ἐπί* pro *ἀπό* in *δ* 358, *ζ* 278, *χ* 72.

2) Hac de re haec habet Lehrs. (l. c. pag. 76): "ubi — inter praepositionem atque vocabulum, quod inde pendet, vocula una vel plures interpositae sint, tum nihil debere in accentu ponendo a solita ratione discedi." Cfr. Goettl. l. c. p. 377. Contra aliam hac de re sententiam protulit Hermannus (in Em. Rat. Gr. Gr.) pag. 108.

Π 160. *ἀγεληδὸν ἴασιν ἀπὸ κρήνης — λάψοντες*

ἀπό κρήνης recte cum *λάψοντες* conjungunt Heyn., Faesi., Duentz. Male contra cum *ἰὰσιν* junxisse Clark. et Ernest., Heyneus monet.

λύω

ε 459. *κρήδεμνον ἀπὸ ἕο λῦσε θεοῖο.*

ν 77. *πεῖσμα δ᾽ ἔλυσαν ἀπὸ τρητοῖο λίθοιο.*

Ξ 214. *ἀπὸ στήθεσφιν ἐλύσατο κεστὸν ἱμάντα*

Ρ 318. *λύοντο δὲ τεύχε᾽ ἀπ᾽ ὤμων.*

πίνω

Π 226. *πίνεσκεν ἀπ᾽ αὐτοῦ (δέπαος) οἶνον.*

σκεδάννυμι

Υ 341. *᾽Αχιλῆος ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν σκέδασ᾽ ἀχλύν*

Ψ 158. *νῦν δ᾽ ἀπὸ πυρκαϊῆς σκέδασον (λάον).*

συλάω

Ζ 28, ***Ο*** 524, ***Χ*** 368. *ἀπ᾽ ὤμων τεύχε᾽ ἐσύλα*

Λ 110. *ἀπὸ τοῖιν ἐσύλα τεύχεα καλά* Cfr. ***Ο*** 544.

Ν 640. *ἔντε᾽ ἀπὸ χροὸς συλήσας.*

τάμνω

Ρ 126. *ἀπ᾽ ὤμοιιν κεφαλὴν τάμοι ὀξέι χαλκῷ,*

Σ 177. *(κεφαλήν) ταμόνθ᾽ ἁπαλῆς ἀπὸ δειρῆς.*

Ε 214, *π* 102. *ἀπ᾽ ἐμεῖο κάρη τάμοι ἀλλότριος φώς*

χ 475. *τοῦ δ᾽ ἀπὸ μὲν ῥῖνάς τε καὶ οὔατα τάμνον.*

Ε 292. *τοῦ δ᾽ ἀπὸ γλῶσσαν τάμε χαλκός.*

Crusius et Clarkeus *π* 102 pro tmesi accipiunt; eodemque modo explicat Krueger (in Gr. II. 47. 9. 3. 1. *γ*.). Rectius contra Ameisius in *π* 102 et *χ* 475 atque Hoffmannus in ***Ε*** 214 praepositionem ad casum retulisse mihi videntur. Cur Hoffmannus (Dr. Abt. pag. 23), sibi non constans, *ἀπὸ* in ***Ε*** 292, qui locus *χ* 475 similis est, in tmesi positum censeat, non intelligo.

3) *verba ducendi, mittendi, movendi, abalienandi, arcendi eorumque similia.*

ἀγείρω

Ρ 222. *ἐνθάδ᾽ ἀφ᾽ ὑμετέρων πολίων ἤγειρα ἕκαστον,*

ἀγκάζομαι

Ρ 722. *οἵ δ᾽ ἄρα νεκρὸν ἀπὸ χθονὸς ἀγκάζοντο.*

ἄγω

Β 659. *τὴν ἄγετ᾽ ἐξ ᾽Εφύρης, ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.*[1]) Cfr. ***Ο*** 531.

ὃς Παίονας ἱπποκορυστάς

Π 288 *ἤγαγεν ἐξ ᾽Αμυδῶνος ἀπ᾽ ᾽Αξιοῦ εὐρὺ ῥέοντος.* Cfr. ***Β*** 849.

De praepositione in ***Π*** 288 et ***Β*** 849 recte statuisse nobis videtur Gisekeus (pag. 165), localem vim esse tenendam. Conjungimus igitur *ἀπ᾽ ᾽Αξιοῦ* cum *ἤγαγεν*. Fritsch. (l. c. p. 56) contra et Seiler. (in lex. *ἀπό*. 2) *ἀπ᾽ ᾽Αξιοῦ* cum *Παίονας* jungentes de origine cogitant.

δ 262. *μ᾽ ἤγαγ᾽ ἐκεῖσε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης.*

ἀείρω

Κ 465 *(τά γ᾽) ἀπὸ ἕθεν ὑψόσ᾽ ἀείρας* Cfr. ***Υ*** 325.

Ν 63. *ὅς ῥά τ᾽ ἀπ᾽ αἰγίλιπος πέτρης — ἀρθείς* Cfr. *ϑ* 375.

ἀμύνω

β 59, *ρ* 538. *ἀρὴν ἀπὸ οἴκου ἀμῦναι*

Π 75. *μαίνεται ἐγχείη Δαναῶν ἀπὸ λοίγον ἀμῦναι*

Π 80. *νεῶν ἀπὸ λοιγὸν ἀμύνων*

Recte ad *β* 59, *ρ* 538 praepositionem ad genitivum refert Crusius. Ceteri nihil attulerunt. — Schol. A: ad ***Π*** 75 sic praecipienti: *τὸ ἑξῆς ἐστὶν ἀπαμῦναι· διὸ οὐκ ἀναστρεπτέον τὴν πρόθεσιν*, omnes fere (Bekk., Spitz., Crus., Faesi., Kock., Duentz.) obsecuti *ἀπό* tenore in ultima syllaba servato scribunt. Heyneus solus *ἄπο* accentu retracto exhibet, sed in commentario suo Scholiastae assentitur, nulla tamen ratione allata. At veterem hac de re fuisse dissensionem monent et Schol. V. ad ***Π*** 80 his verbis: *οἱ δὲ ἀναστρέφουσι τὴν ἀπό* et Spitz.,

---

1) De accentu praepositionis adjectivo et substantivo interpositae supra (pag. 6 not. 5) mentionem fecimus. Quum vero inter duo substantiva praepositio est posita, omnes fere editores praecepta Hermanni et Aristarchi deserentes Apollonium et Herodianum sequuntur, qui tenorem esse retrahendum existimant, etiamsi appellativum praecedat. Cfr. GOETTL., l. c. pag. 379., LEHRS., l. c. pag. 79 sqq.

qui tradit, Vind. ed. *ἄπο* habere atque ita olim vulgo scriptum esse. Atque id haud dubie recte. Nam praeterquam quod nullo modo opus est, ne liceat quidem his locis tmesin accipere eam ob rem, quod constructio *ἀπαμύνειν τί τινος* apud Homerum — quantum scio — non reperitur.

ἀρκέω

N 440 *ὅς οἱ ἀπὸ χροὸς ἤρκει ὄλεθρον* Cfr. **O** 534.

βαίνω

Π 810. *φῶτας ἐείκοσι βῆσεν ἀφ' ἵππων,*

βάλλω

Π 793. *τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κρατὸς κυνέην βάλε* Cfr. **P** 457.

δ 114. *δάκρυ δ' ἀπὸ βλεφάρων χαμάδις βάλε* Cfr. τ 63.

Alteram fuisse lectionem *δάκρυα δ' ἐκ* in Adnot. Crit. ad δ 114 LaRocheus memorat [1]).

ἐμβάλλω

Ξ 258. *μ' ἀίστον ἀπ' αἰθέρος ἔμβαλε πόντῳ,*

καταβάλλω

E 343 *ἣ δὲ — ἀπὸ ἕο κάμβαλεν υἱόν.*

δειδίσσομαι

Σ 164. *Ἕκτορα ἀπὸ νεκροῦ δειδίξασθαι*

δίω

Π 246. *ἐπεί κ' ἀπὸ ναῦφι μάχην ἐνοπήν τε δίηται* Cfr. **P** 110, **Σ** 161.

ρ 398. *ὃς τὸν ξεῖνον ἄνωγας ἀπὸ μεγάροιο δίεσθαι* Cfr. υ. 143.

ἐέργω

Ξ 349. *ὃς ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἐέργεν (τούς)*

Schol. A: *οὕτως Ἀρίσταρχος. ἐν δέ τισιν ἄειρε καὶ ἕερπε, ἐν δὲ τῇ Χίᾳ ἵκανε.* Lectionem Aristarcheam et Eustathius et omnes fere recentiores editores receperunt.

λ 503. *οἳ κεῖνον ἐέργουσίν ἀπὸ τιμῆς.*

---

1) Loci praeterea in Odyssea (e Var. Lect. apud La Rocheum collecti), ubi unus alterve Codex *ἐκ* pro *ἀπό* exhibet, hi sunt: κ 350, μ 350, ψ 43.

Θ 213. *τῶν δ', ὅσον ἐκ νηῶν ἀπὸ πύργου τάφρος ἔεργεν,*
πλῆθεν ὁμῶς ἵππων τε καὶ ἀνδρῶν

Longum est, diversas omnes et inter se repugnantes commentatorum sententias de vera hujus loci interpretatione enumerare. Quare qui eas satis cognoscere volunt, se vertant ad Heyneum et Spitznerum, a quibus uberius proponuntur. Ego quidem Spitznerum potissimum sequens, praeterquam quod tmesin non accipio, hunc verborum ordinem esse censeo: *ὅσον ἐκ νηῶν* (sc. *ἐρχομένῳ*) *τάφρος ἐέργεν ἀπὸ πύργου*, vel ut fusius explicem: *τόσον πεδίον ἐκ νηῶν ἐρχομένῳ, ὅσον τάφρος ἐέργεν ἀπὸ πύργου, τόσον πλῆθεν*, i. e. tantum campi, e statione navium (patentis), quantum fossa sejungebat a muro, tantum erat completum —. Duentzer, qui solus editorum a vulgata lectione recedit, *ὅσον ἐκ νηῶν καὶ πύργων τάφρος ἐέργεν* scribens, — quam scripturam unde assumpserit nescio — mutata lectione sententiam quoque mutat. At sine causa. Nam sententia, quae in versu — immutata lectione — inest, et defendi et explicari potest.

ἐπιφλέγω

ὄφρ' ἢ τοι τοῦτον μὲν ἐπιφλέγῃ πῦρ

Φ 23. *θᾶσσον ἀπ' ὀφθαλμῶν*

Koeppen., Fritsch., (p. 53) Giseke. hunc locum accipiunt in similitudinem **X** 454. Addit tamen Giseke.: "schwach ist die Nachahmung". At haud scio an Seiler (in Lex. *ἀπό* B. 1) melius praegnanter interpretetur: "durch Verbrennen aus den Augen bringe". — Neque receptus est hic locus in exempla significationis "procul ab", quae congessit Ameisius (Anhang § 525.)

ἐρωέω

N. 57. *τώ κε καὶ ἐσσύμενόν περ ἐρωήσαιτ' ἀπό νηῶν*

ἔχω

Λ 760. *ἂψ ἀπὸ Βουπρασίου Πύλονδ' ἔχον ἵππους.*

X 324. *φαῖνεν δ' ᾗ κληῖδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσιν.*

Lectionem *φαῖνεν δ' ᾗ κληῖδες* (Cfr. Schol. A. ad h. l.) Bekker solus recepit. Omnes fere ceteri (Koepp., Heyn., Spitz., Crus., Kock., Faesi., Duentz.) *φαίνετο δ', ᾗ* scribunt. De in-

terpretatione hujus loci haud scio an ex commentatoribus Crusius, haec verba Schol. cujusdam *καϑ' ὃ μέρος αἱ κατακλεῖδες συνάπτουσι διείργουσαι τὸν αὐχένα ἀπὸ τῶν ὤμων* afferens, optime hunc locum comparet cum *Θ* 325—6 (*ὅϑε κληὶς ἀποέργει αὐχένα τε στηϑός τε*). Crusium igitur sequens, ita converto: ubi jugulum cervicem ab humeris tenet, vel: ubi cervix et humeri per jugulum tenentur separata[1]). Koepp., Koch., Duentzer contra participium aliquod (*ἰοῦσαι*, *ἐλϑοῦσαι*), unde praepositio pendeat, cogitantes, vario modo verbum *ἔχουσι* vertunt; Koepp. et Koch.: "umgeben, umschliessen" in similitudinem *ι* 301 (*ὅϑι φρένες ἧπαρ ἔχουνι*), Duentzer: "an den Nacken reichen", cujus versionis ansam ei praebuerunt *ι* 301, ubi illud "reichen an" vix convenit, et *τ* 38 (*κίονες ὑψόσ' ἔχοντες*), quo verbum *ἔχειν* intransitive usurpatum exemplum huic dissimile exhibet.

N 163. *ἀσπίδα ταυρείρην σχεϑ' ἀπὸ ἕο* Cfr. *Y* 261.

χ 316. *ἀλλά οὐ πείϑοντο κακῶν ἄπο χεῖρας ἔχεσϑαι*

Praeter LaRocheum recte *ἄπο* tenore retracto scribunt Clarke., Crus., Bekker. Contra vero Faesius (vid. Seiler., *ἔχω* B. 5) et Ameisius *ἀπό* scribentes praepositionem sine causa ad verbum in tmesi referunt. Haesitare tamen videtur Ameisius, quippe qui ad § 525 (Anhang) de tmesi non cogitans praepositioni significationem "procul ab" tribuat. At sine causa, nam hanc vim sententia h. l. non poscere videtur.

ἀνέχω

Y 278. *Αἰνείας — ἀπὸ ἕϑεν ἀσπίδ' ἀνέσχεν,*

ἡγεμονεύω

Φ 257. *ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἀπὸ κρήνης μελανύδρου*
ἂμ φυτὰ — ὕδατι ῥόον ἡγεμονεύῃ,

ἰάλλω

Θ 300. 309. *ἄλλον ὀιστὸν ἀπὸ νευρῆφιν ἴαλλεν*

προϊάλλω

---

1) Cfr. Derbyum (The Iliad of Homer, rendered into englisch blank verse. Voll. I, II., fifth Ed., London 1865): where the collar-bone The neck and schoulder parts (v 382—3).

Θ 365. *ἐμὲ Σεύς — ἀπ' οὐρανόϑεν προΐαλλεν.*

ἵημι

M 205. *ὃ δ' ἀπό ἕϑεν ἧκε χαμᾶζε* (*δράκοντα*)

ϑ 189. *τόν* (*δίσκον*) *ῥα ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός,*

ψ 33. *βλεφάρων δ' ἀπὸ δάκρυον ἧκε*

καϑαίρω

Ξ 170. *ἀμβροσίῃ μὲν πρῶτον ἀπὸ χροὸς ἱμερόεντος*
λύματα πάντα κάϑηρεν,

καλέω

ψ 43. *με σὸς υἱὸς ἀπὸ μεγάροιο κάλεσσε*[1])

καταγινέω

κ 104. *ἄστυ δ' ἀφ' ὑψηλῶν ὀρέων καταγίνεον ὕλην.*

κινέω

Π 296. *ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος*
κινήσῃ νεφέλην Ζεύς, Cfr. *ψ* 730.

λιάζομαι

Ψ 231. *Πηλεΐδης δ' ἀπὸ πυρκαϊῆς — λιασϑείς*

νίζω

αὐτὰρ ἐπεί κῦμα ϑαλάσσης ἱδρῶ

K 575. *νίψεν ἀπὸ χρωτὸς* Cfr. *Λ* 829, 845.

ὀρνύμι

χειρὸς ἑλὼν 'Οδυσῆα δαΐφρονα

η 169. *ὦρσεν ἀπ' ἐσχαρόφιν* Cfr. *ψ* 347.

T 1. *'Ηὼς μὲν ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων — ὤρνυϑ',*

Λ 645, *Ω* 515, *χ* 364. *ἀπὸ ϑρόνου ὦρτο*

ἐπόρνυμι (in tmesi).

ἐπὶ δὲ Ζεὺς τερπικέραυνος

M 253. *ὦρσεν ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων ἀνέμοιο ϑύελλαν,*

ὀτρύνω

P 383. *ὀτρύνων πολεμόνδε μελαινάων ἀπὸ νηῶν.*

---

1) Inusitatam praepositionum collocationem (*ἀπ' ἐκ*) praebent Codd. GM (in Var. Lect. apud LaRocheum). Ceterum constat *ἀπό* cum nulla alia praepositione nisi cum *πρὸ* collocari solere; qua in collocatione *ἀπό* adverbii loco usurpatur. Cfr. Kuehn. l. c. II. § 618. 3 Ad exempla ab eo allata, adde *H* 334.

Heyneus et Duentzer hunc versum recentiore tempore insertum putant. De rationibus, vid. ad h. l. verba ipsorum.

Η 419. *Ἀργεῖοι δ᾽ ἑτέρωθεν ἐυσέλμων ἀπὸ νηῶν*
ὠτρύνοντο νέκυς τ᾽ ἀγέμεν,

Schol. A: *Ἀρίσταρχος νέκυς ἐκτεταμένως καὶ ὀτρύνοντο, οὐκ ὄτρυνον.* Aristarchum secuti sunt Faesi., Duentz., Heyne., qui tamen copulam *τ᾽* post *νέκυς* omisit. Vulgatam vero lectionem: *ὤτρυνον, νεκυάς τ᾽ ἀγεμέν* retinuerunt Spitz., Koepp., Crusius.

ὀχλίζω

Μ 448. *ἐπ᾽ ἄμαξαν ἀπ᾽ οὔδεος ὀχλήσειαν,* Cfr. *ι* 242.

πεδάω

ψ 353. *ἵεμενον πεδάασκον ἐμῆς ἀπὸ πατρίδος αἴης.*

Hunc locum Ameisius sine causa annumerasse videtur exemplis, ubi significationem "procul ab" habet *ἀπό.*

πέμπω

Π 447. *πέμπειν φίλον υἱὸν ἀπὸ ὑσμίνης·* Cfr. *Ω* 780.

ι 461. *τὸν κριόν ἀπὸ ἕο πέμτε θύραζε.* Cfr. *ε* 263.

πλάζω

α 75. *πλάζει δ᾽ ἀπὸ πατρίδος αἴης.* Cfr. *ω* 307.

Λ 351. *πλάγχθη δ᾽ ἀπὸ χαλκόφι χαλκός* Cfr. *ζ* 278.

προτιειλέω

Κ 347. *μιν ἐπὶ νῆας ἀπὸ στρατόφιν προτιειλεῖν.*

ῥίπτω

ἤδη γάρ με καὶ ἄλλοτ᾽ ἀλεξέμεναι μεμαῶτα
Α 591. *ῥίψε — ἀπὸ βηλοῦ.* Cfr. *Ο* 23, *Τ* 130, *Ω* 735.

τὸ τρίτον αὖτ᾽ ἔρριψε μέγας Τελαμώνιος Αἴας
Ψ 843. [*χειρὸς ἄπο στιβαρῆς, καὶ ὑπέρβαλε σήματα πάντων*]

Schol. A: *ἀθετεῖται, ὅτι δυεῖν προδεδισκευκότων ἔδει εἰπεῖν ἀμφοτέρων. μετενήνεκται δὲ ἐκ τῆς Ὀδυσσείας* (8. 192) *καὶ ἐκεῖ εὐλόγως ἔστιν "ὑπέρβαλε σήματα πάντων" πλείονες γὰρ δισκεύουσιν.* His fere de causis versum infra textum posuit Bekker et omnes fere ceteri (Spitz., Crus., Faesi., Koch.) cancellis circumscripserunt, Duentzero solo excepto, qui auctoritate Eustathii (1458, 11) nixus versum defendit: "*πάντες* sind die, welche bisher geworfen". At cfr. quae a Koch. et Koepp. hunc ad locum allata sunt.

ι 398. *τὸν μὲν ἔπειτ᾽ ἔρριψεν ἀπὸ ἕο*

σείω

Ν 134. *ἔγχεα δὲ πτύσσοντο θρασειάων ἀπὸ χειρῶν*
σειομέν᾽.

Heyneus non recte: "*ἀπό* pro *διά*". Cfr. Giseke. pag. 164.

Υ 188. *ὅτε σε βοῶν ἄπο, μοῦνον ἐόντα,*
σεῦα κατ᾽ Ἰδαίων ὀρέων — Cfr. *Υ* 325.

Kochius et Ameisius (Anhang § 525) significationem "procul ab" praepositioni tribuerunt. At recte monet Heyneus, *ἔσευά σε ἀπὸ βοῶν* esse jungenda — erat enim apud armenta — non *μοῦνον ἐόντα ἀπὸ βοῶν,* seorsum ab armentis.

ἐπισεύω *οἳ δ᾽ ἀγορήνδε*
Β 207. *αὖτις ἐπεσσεύοντο νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.*
Cfr. *Σ* 575.

τανύω *τανύοντο δὲ μώνυχες ἵπποι*
Π 376. *προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπο καὶ κλισιάων.*

τίθημι

ξ 276. *αὐτίκ᾽ ἀπὸ κρατὸς κυνέην εὔτυκτον ἔθηκα*
Cfr. *φ* 118.

φ 136. *τόξον μὲν ἀπὸ ἕο θῆκε χαμᾶζε* Cfr. *φ* 163.

τινάσσω *ἣν (ἀστεροπήν) τε Κρονίων*
Ν 243. *ἐτίναξεν ἀπ᾽ αἰγλήεντος Ὀλύμπου,*

τρέπω

Π 645. *τρέψεν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης ὄσσε* Cfr. *Χ* 16.

προτρέπω

λ 18. *ἐπὶ γαῖαν ἀπ᾽ οὐρανόθεν προτράπηται* Cfr. *μ* 381.

φέρω *ὃν φέρον ἵπποι*
Β 839, *Μ* 97. *μεγάλοι, ποταμοῦ ἄπο Σελλήεντος.*

τοὺς δ᾽ αἶψ᾽ φέρεν πόντον δὲ θύελλα
κ 49. *κλαίοντας, γαίης ἄπο πατρίδος.*

Sine causa hunc locum in numerum exemplorum, ubi "procul ab" significat praepositio *ἀπό,* recepisse videtur Ameisius (Anhang § 525).

ἀποφέρω

τούτω δ᾽ οὐ πάλιν ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι
Ε 258. *ἄμφω ἀφ᾽ ἡμείων*

φοβέω Τρῶες ἀρηιφίλων ὑπ᾽ Ἀχαιῶν
Π 304. φοβέοντο μελαινάων ἀπὸ νηῶν,
φορέω μ᾽ αἰεὶ κῦμα φόρει κραιπναί τε θύελλαι
ζ 172. νήσου ἀπ᾽ Ὠγυγίης·
χέω
Ψ 385. τοῖο δ᾽ ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν χύτο δάκρυα Cfr. δ 522.
προχέω
ὣς τῶν ἔθνεα πολλὰ νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων
B 465. ἐς πεδίον προχέοντο
χωρέω
N 723. ἔνδα κε νηῶν ἄπο και κλισιάων
Τρῶες ἐχώρησαν Cfr. *Σ* 243.
ὠθέω
οἵ ἑ μέγαν περ ἐόντα καὶ ἴφθιμον καὶ ἀγανόν
Δ 535, *E* 626. ὦσαν ἀπὸ σφείων· Cfr. *N* 148, 688.
E 835. Σθένελον μὲν ἀφ᾽ ἵππων ὦσε χαμᾶζε
Cfr. *Λ* 143, 320. *E* 19.
Π 863. τὸν δ᾽ ὕπτιον ὦσ᾽ ἀπὸ δουρός. Cfr. *Υ* 489. χ 19.
O 668. ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν νέφος ἀχλύος ὦσεν Ἀθήνη

Hunc versum simul cum quinque insequentibus infra textum posuit Bekker. Atque causis a Scholl. ABLV allatis hi versus improbantur ab Heyn., Koch., Duentz. — Eustath. (1036, 52) contra eos defendit cumque eo facit Koepp. — Spitzner vero, cui tota res dubia est, cancellis non circumscribit, neque Crus. et Faesi.

Z 62. ὃ δ᾽ ἀπὸ ἕθεν ὤσατο χειρί — Ἄδρηστον.
ῥεῖα δε κ᾽ ἀκμῆτες κεκμηότας
Λ 803, *Π* 45. ὤσαισθε προτὶ ἄστυ νεῶν ἄπὸ καὶ κλισιάων

Λ 802—3 ejectos vult Schol. A eam ob rem, quod Trojani victores pugnam nondum ad naves transtulerant, ut ad *Π* 45, ubi apte his verbis utitur Patroclus. At fortasse defendi possunt hi versus. Quum enim fortissimi Achivorum, eminus cominusve vulnerati, ad naves jacerent Trojanique duce Hectore fortiter prorumperent, Achivis in campo etiamtum pugnantibus res in maximum periculum erat aducta[1]). Quare quid mox

1) Cfr. Initium orationis Nestoris vv. 656—669.

futurum esset non sane difficile erat Nestori providere. Futura igitur prospiciens dicit Nestor, Achillem, si opem ferre vellet, ad naves esse laturum. Quae quidem verba Nestoris (*Λ* 802—3) de re jam vera repetit Patroclus (*Π* 45). — Utcumque hi versus se habent, causa a Scol. A. supra allata ducti eos damnant Bekker., Heyn., Faesi. — Spitzner et Crusius cancellis non circumscribunt. Duentzer injuria Alexandrinos eos rejecisse dicit, nullam tamen rationem attulit.

II. Ἀπό in locutionibus, quae et motus et tranquillitatis notionem quodammodo conjungunt[1]).

His in locutionibus locum indicat praepositio, *ubi*[2]) et *unde* quid fit vel agitur.

Verba e quibus pendet ἀπό, hanc praegnantem significationem involvens, haec sunt:

ἅπτω
λ 278 ἁψαμένη βρόχον ἀφ᾽ ὑψηλοῖο μελάθρου,
βάλλω
M 154 οἳ δ᾽ ἄρα χερμαδίοισιν ἐυδμήτων ἀπὸ πύργων
βάλλον, Cfr. κ 121, ubi Ameis. participium ἐρχομένοις intelligit, unde praepositionem pendere putat. At vereor, ne inde dura sententia efficiatur, quare hunc in numerum exemplorum hos locos potius recepi. Ex commentatoribus nemo praeter Ameis. quidquam attulit neque ad hos locos neque ad eum, qui sequitur, cui eandem interpretandi rationem subesse censeo.

M 264. βάλλον ἀπ᾽ αὐτάων δηίους ὑπὸ τεῖχος ἰόντας.
βροντάω
υ 103. αὐτίκα δ᾽ ἐβρόντησεν ἀπ᾽ αἰγλήεντος Ὀλύμπου,
ὑψόθεν ἐκ νεφέων·

Cum Schol. V. quaerentes: πῶς οὖν φησιν (v. 114)

1) Cfr. Matthiæ., l. c. II. pag. 1402. b et c. — Kuehn. l. c. II. 622. c. — Fritsch. l. c. pag. 21.

2) "Die Verwandtschaft von ἀπό mit der Locativ form *skt api*, *gr.* ἐπί ist nicht zu verkennen". — Curtius l. c. pag. 238.

ἡ ἀλετρίς οὐδέποτε νέφος ἐστίν, hoc in versu interpretes et veteres et recentiores (Cfr. Crus.) offenderunt. Ameisio satisfecit hoc responsum (in Schol B 2.): ἐκ τοῦ τόπου ὅπου εἰώθασιν εἶναι τὰ νέφη.

υ 113. ἐβρόντησας ἀπ᾽ οὐρανοῦ ἀστερόεντος

δαίω

E. 7. τοῖόν οἱ πῦρ δαῖεν ἀπὸ κρατός τε καὶ ὤμων,

ἐπιρρώομαι χαῖται ἐπερρώσαντο

A 530. κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο.

ἱκνέομαι

Δ 306. ὅς δέ κ᾽ἀνὴρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἕτερ᾽ ἅρμαθ᾽ἵκηται,
ἔγχει ὀρεξάσθω,

Difficillimos omnium apud Homerum hos versus esse Wolf. existimat [1]). De variis explanandi rationibus veterum interpretum, vide Schol. ad. h. l. et Eustathium, e cujus tamen quatuor interpretandi rationibus Heyneus negat esse ullam, quae non et sermonis Homeri usui repugnet et rerum rationi. Ex recentioribus optimam protulisse explanationem videtur Koeppenius [2]), et eam plerique amplecti videntur.

κελεύω

Ζεὺς δὲ Θέμιστα κέλευσε θεοὺς ἀγορήνδε καλέσσαι

Υ 5. κρατὸς ἀπ᾽ Οὐλύμποιο.

In verbis jungendis recte monet Schol. A: τὸ δὲ ἑξῆς ἐστί, κέλευσε κρατὸς ἀπ᾽ Οὐλύμποιο. Cfr. Faesi., Koch., Duentz.

κτυπέω

Θ 170. τρὶς δ᾽ἄρ᾽ ἀπ᾽ Ἰδαίων ὀρέων κτύπε Ζεύς.

Schol. A: γράφεται καὶ ἐπ᾽ Ἰδαίων, quam scripturam recentiorum editorum nemo recepit.

μάρναμαι

ι 49. ἐπιστάμενοι μὲν ἀφ᾽ ἵππων ἀνδράσι μάρνασθαι.

---

1) Cfr. Usteri., Wolf's Vorlesungen über die vier ersten Gesänge von Homer's Ilias, Bern 1830—1.

2) "Wer von seinem Wagen aus (d. i. ohne von seinem Wagen zu springen) zum Wagen des Feindes gelangt, ὀρεξάσθω ἔγχει, der stosse zu mit der Lanze (auf den Feind.) S. zu II. 543".

"Non ex ipsis equis ut ex innumeris Iliados locis liquet, sed e curribus pugnare denotat" (Clarkeus). — Cfr. Spitz. ad exemplum, quod sequitur.

μάχομαι

O 386. οἳ μὲν ἀφ᾽ ἵππων, οἳ δ᾽ ἀπὸ νηῶν.

νεύω λόφον ἱππιοχαίτην,

Z 470. δεινὸν ἀπ᾽ ἀκροτάτης κόρυθος νεύοντα νοήσας.

ὀαρίζω

X 126. οὐ μήν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ᾽ ἀπὸ πέτρης
τῷ ὀαριζέμεναι, ἅ τε παρθένος ἠίθεός τε,

Proverbium, de cujus interpretatione uberius disputant Gisekeus (pag. 166) et Preller in Philologo [1]). Explicatione Schol. A. nixi praepositionem ἀπό ita accipiunt, ut rem significet, de qua sermo habetur; quare ita fere hujus loci sententiam reddendam esse putare videntur: cum illo non licet confabulari, ut mos est amantium, *de* quercu et saxo, i. e. de fabulis illis, quae narrantur de origine generis humani a quercu et saxo. Atque eandem explicationem, Kruegero (Gr. II 68. 16. 4) quoque probatam, Seiler in Lexico suo atque ex commentatoribus Faesius et Duentzer praebent. At mihi quidem haec explanatio vel propterea non probari potest, quod nullo alio loco apud Homerum ita adhibetur praepositio ἀπό, ut idem valeat atque περί, quae significatio praeterea haud scio an ab ἀπό prorsus aliena sit. Quod quum ita sit, longe probabiliorem sententiam protulisse mihi videtur Heyneus. "Loco nostro", inquit, "non esse potest nisi confabulatio facta *a quercu vel saxo*, a stantibus supra quercu ad inferius stantes, itaque confabulantes in loco tuto. Petita loquendi forma a vita agresti, — et h. l. expresse, juvenis cum puella confabulatur, alter de alto, altera inferiore loco, de via praeteriens". Heyneum igitur cum Koepp., Crus., Kock., sequens, hunc locum ita converto: nunc sane prorsus non licet — ut est in proverbio — a quercu neque a saxo cum hoc confabulari ut juvenis cum puella, i. e. ut verbis

---

1) Siebenten Jahrganges Erstes Heft, Goettingen, MDCCCLII, pag. 20.

Wolfii (apud Crusium) utar: "cum Achille non otiose, non secure confabulari licet".

ὁράω

δ 524. *τὸν δ᾽ ἄρ᾽ ἀπὸ σκοπιῆς εἶδε σκοπός*, Cfr. *Δ* 275.

εἰσοράω *Ἥρη δ᾽ ἐσεῖδεν*

Ξ 154. *στᾶσ᾽ ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου*

Utraque praepositio ab omnibus fere cum verbo *ἐσεῖδεν* connectitur. Versum dubium existimat Heyneus, Spitz. eum defendit. Cfr. Giseke. pag. 47.

ὄρνυμι

E 13. *τὼ μὲν ἀφ᾽ ἵππων, ὃ δ᾽ ἀπὸ χθονὸς ὤρνυτο πεζός.*

Π 635. *ὣς τῶν ὤρνυτο δοῦπος ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης*

Schol. A. dicenti: *διχόδεν γὰρ φησι τὸν ἦχον φέρεσθαι ἀπό τε τῆς γῆς καὶ τῶν ὅπλων* non assentiri possumus. Nam in terra et inde exurgens coortus est ille strepitus, originem tamen non e terra ducens, sed ex armis solis pugnantium. Arma fremebant, non terra. Cfr. Heyn. et Crus.

σμαραγέω

Φ 199 *ὅτ᾽ ἀπ᾽ οὐρανόθε σμαραγήσῃ*

Bekker solus *οὐρανόθε*, *ν* finali omisso, scribit. Ceteri omnes: *οὐρανόθεν*. Qua de re, cfr. quae attulimus ad *Ω* 492 (pag. 8).

τείνω

Ψ 757, *ϑ*. 121. *τοῖσι δ᾽ ἀπὸ νύσσης τέτατο δρόμος*

τοξάζομαι

χ 72. *οὐδοῦ ἄπο ξεστοῦ τοξάσσεται.*

φημί

Δ 514. *ὣς φάτ᾽ ἀπὸ πτόλιος δεινὸς θεός.*

Hic denique afferendus est:

O 610. [*αὐτὸς γάρ οἱ ἀπ᾽ αἰθέρος ἦεν ἀμύντωρ Ζεύς.*], quem versum omnes fere (Bekker, Hyen., Spitz., Crus., Faesi., Kock., Duentz.) ejectum volunt. Cfr. Scholl. ABLV. — In Schol. BL. hic versus ab aliis defenditur atque illud

ἀπ᾽ αἰθέρος ita accipitur ut idem sit atque *αἰθέριος*, quae explanatio tamen, quum nullo simili exemplo apud Homerum confirmetur, vix probari potest. Recentiorum Koeppenio soli causae ab aliis Scholl. allatae minoris esse momenti videntur.

III. *Ἀπό* in locutionibus, quae tranquillitatis notionem habent[1]).

His in locutionibus quadam cum gravitate praepositio adhibetur, ita ut "procul ab" significet[2]).

Hujus praepositionis *ἀπό* significationis inveniuntur exempla apud verba *εἶναι, γίγνεσθαι*, alia, quae quiescendi notionem habent[3])

γίγνομαι

Σ 272. *εἰ γὰρ δή μοι ἀπ᾽ οὔατος ὧδε γένοιτο*

Schol. B: *εἴθε δή μοι τοῦτο οὐ μόνον μή ὀφθείη ἀλλὰ μηδὲ ἀκουθείη*, atque eodem fere modo explicat Eustathius (1142. 40).

εἰμί

A 562. *ἀλλ᾽ ἀπὸ θυμοῦ — μᾶλλον ἐμοὶ ἔσεαι*

---

1) "Das Consequens des Getrennt*werdens* ist das Getrennt*sein*"; FRITSCH. l. c. pag. 53, 5.

2) De accentu duplex est doctissimorum virorum sententia; una, *ἄπο* pro adverbio esse ducendum et tenore retracto scribendum. Cfr. HERMANN. ad Vig. pag. 748, not. 171 b). De accentu Hermanno assentitur BUTTMANNUS (II § 117 A. 9), qui tamen *ἄπο* pro praepositione accipere videtur. Altera, quam plerique amplecti videntur, accentum hujus significationis causa non retrahi. Cfr. MATTHIÆ., (II pag. 1328, not. s.), qui praeterea *ἀπό* hac vi praepositionem esse censet, et AMEIS., ad *ξ* 525 (Anhang). — AUTENRIETH. (Naegelsbach's Anmerk. zur Ilias, Dr. Aufl., Nürnberg 1864) ad A 562 Hermanni sententiae in eo assentitur, quod *ἀπό* adverbii loco positum putat, in accentu ponendo Matthiacum et Ameisium sequitur. Atque *ἀπό* tenore in ultima syllaba servato scripsisse Herodianum et Aristarchum, sive pro adverbio sive praepositione acceperunt, monent GOETTL. pag. 380 et LEHRS. pag. 95. — Recentiorum Homeri editorum omnes fere *ἀπό* scribunt. Wolf. et Crus. uno loco (O. 517.) *ἄπο*. — Si postponitur praepositio, tenorem retrahi vix admonendum esse videtur.

3) Cfr. Exempla hujus generis ab Ameisio (Anhang *ξ* 525) congesta.

K 324. *οὐχ ἅλιος σκοπὸς ἔσσομαι, οὐδ᾽ ἀπὸ δόξης.*
X 454. *εἰ γὰρ ἀπ᾽ οὔατος εἴη ἐμεῦ ἔπος*

Eustathius (1279. 61): *εἴθε μὴ ἀκούσαιμι, ἀλλὰ δηλονότι πόρρω εἴη τῆς ἐμῆς ἀκοῆς.*

α 203. *οὔ ἔτι δηρόν γε φίλης ἀπὸ πατρίδος αἴης*
ἔσσεται, Cfr. *π* 171.

ζ 220 *ἦ γὰρ δηρὸν ἀπὸ χροός ἐστιν ἀλοιφή.*

H. l. sine causa tmesin accipit Seiler in lex. (*ἄπειμι*).

In exemplis tribus, quae sequuntur, praepositio *ἀπό* e participio omisso verbi *εἶναι* pendere videtur.

σ᾽ ἐφ᾽ ὕεσσι κύνες ταχέες κατέδονται
φ 364. *οἶον ἀπ᾽ ἀνθρώπων.*

ἐῴκει — ῥίῳ ὑλήεντι
ι 192 *ὑψηλῶν ὀρέων, ὅτε φαίνεται οἶον ἀπ᾽ ἄλλων.*

τὸν δὲ κίχανον
K 151. *ἐκτὸς ἀπὸ κλισίης σὺν τεύχεσιν*

In collocatione illa inusitata *ἐκτὸς ἀπό*, quae hic tantum reperitur, *ἄποθεν ἀπό* Heyneus explicat, eodemque modo Gisek. (pag. 165), qui hunc locum comparat cum *Σ* 256 (*ἑκὰς ἀπό*). Koepp. vero, cui assentitur Thiersch. in Gram. § 261. 4., ita explanat: "*ἐκτὸς τῆς κλισίης, ἀπὸ* sc. *κλισίης* ausser dem Zelte und fern von dem Zelte". Quod haud scio an melius sit.

ἀπόλλυμι

B 162, 178. *ἐν Τροίῃ ἀπόλοντο φίλης ἀπὸ πατρίδος*
αἴης Cfr. *M* 70. *N* 227. *Ξ* 70.

ἵστημι

Αἴας δ᾽ οὐκέτι πάμπαν, Οἰλῆος ταχὺς υἱός,
N 702. *ἵστατ᾽ ἀπ᾽ Αἴαντος Τελαμωνίου*

Koch. et Duentzer: "entfern von". Heyneus sine causa tmesin accipit.

κοιμάω

ὣς ὃ μὲν αὖθι πεσὼν κοιμήσατο χάλκεον ὕπνον
Λ 242. *οἰκτρός, ἀπὸ μνηστῆς ἀλόχου*, Cfr. *ξ* 525.

κρύπτω

ψ 110 *σήμαθ᾽, ἃ νῶι κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ᾽ ἄλλων*

Eustathius (804. 16) *κεκριμένα* habet.

λείπω

I 437. *πῶς ἂν ἔπειτ᾽ ἀπὸ σεῖο — αὖθι λιποίμην*
οἶος; Cfr. I 144, quod exemplum omisit Ameisius.

μένω

B 292 *μένων ἀπὸ ἧς ἀλόχοιο* Cfr. *Σ* 64.

μυθέομαι

λ 344. *οὐ μὰν ἥμιν ἀπὸ σκοποῦ οὐδ᾽ ἀπὸ δόξης*
μυθεῖται βασίλεια

ναίω *ἔναιεν*

N 696, *O* 335. *ἐν Φυλάκῃ, γαίης ἄπο πατρίδος*, Cfr *ο* 96.

πάσχω

α 49, *η* 152, *ϑ* 411. *δηθὰ φίλων ἄπο πήματα πάσχει.*

ὑφαίνω

ο 517. *ἀπὸ τῶν ὑπερωίῳ ἱστὸν ὑφαίνει.*

φθίνω, *πρίν, θυμὸς ἐώλπειν*
T 329. *οἶον ἐμὲ φθίσεσθαι ἀπ᾽ Ἄργεος.*

Quam his in locutionibus habet gravitatem et pondus praepositio, ea prorsus tolli videtur, quum adverbium remotionis accedit. Ejusmodi exempla haec sunt:

ἀλάομαι

ο 10. *οὐκέτι καλὰ δόμων ἄπο τῆλ᾽ ἀλάλησαι*, Cfr. *γ*. 313.

βουλεύω *βουλὰς βουλεύει*
K 416. *νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου·*

εἰμί

Θ 16. *ὅσον οὐρανος ἐστ᾽ ἀπὸ γαίης* Cfr. *ζ* 294.
Σ 256. *ἑκὰς δ᾽ ἀπὸ τείχεος εἰμέν*

In exemplo, quod sequitur, praepositio ab intellecto participio *ὤν* pendet:

πέσεν πρηνὴς ἐπὶ νεκρῷ,
P 301. *τῆλ᾽ ἀπὸ Λαρίσσης*

ἧμαι

O 244. *τί ἧ δὲ σὺ νόσφιν ἀπ᾽ ἄλλων — ἧσ᾽;*

λάμπω

Λ 44. *τῆλε δὲ χαλκὸς ἀπ' αὐτόφιν — λάμπ'.*

Hic denique afferenda sunt nonnulla hujus generis exempla apud verba *motus*, ubi de effectu ejus, quod per verbum exprimitur, magis cogitandum esse videtur, ita ut praepositio cum casu suo ex intellecto *ὥστε εἶναι* vel *γίγνεσθαι* pendere existimari possit.

Δ 130. *τόσον ἔεργεν (βέλος) ἀπὸ χροός, ὡς ὅτε μήτηρ*
παιδὸς ἐέργῃ μυῖαν.
ἀλλ' ὅ γε τοὺς μὲν ἠρύκακε μώνυχας ἵππους

Ε 322. *νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου,*

Ν 591. *ὣς ἀπὸ θώρηκος Μενελάου ἑκὰς ἔπτατο ὀιστός.*

Π 117. *τῆλε δ' ἀπ' αὐτοῦ*
αἰχμὴ χαλκείη χαμάδις βόμβησε πεσοῦσα.

Χ 468. *τῆλε δ' ἀπὸ κρατὸς βάλε δέσματα σιγαλόεντα*

Schol. A.: *αἱ Ἀριστάρχου βάλε δέσματα, αἱ δε κοιναὶ χέε.* Lectionem Aristarcheam receperunt Heyn., Koch., Faesi., Duentzer; vulgatam retinuerunt Koepp., Spitz., Crusius. Quaerenti Schol. B: *πῶς ἀποψύξασα ἐνεργεῖ*, bene respondent Koepp. et Crus.: "durch den Fall nehmlich".

Ψ 880 *τῆλε δ' ἀπ' αὐτοῦ (ἱστοῦ) — κάππεσε·*

ε 315. *τῆλε δ' ἀπὸ σχεδίης αὐτὸς πέσε*, Cfr. *ε* 350.

Quamquam in duobus exemplis, quae sequuntur, adverbium remotionis non est additum, ipsa sententia tamen postulare videtur, ut significationem "procul ab" praepositioni tribuamus.

Ι 353. *οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν Ἕκτωρ*
Cfr. Heyn., Koepp., Duentz., Derbyum [1]).

Π 436. *ἤ μιν ζωὸν ἐόντα μάχης ἄπο δακρυοέσσης*
θείω ἀναρπάξας Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ,

1) "Not far without the walls would Hector range His line of battle", (v. 417—18).

Faesius: "fern von der Schlacht, Ortsbestimmung zu *θείω*"; eodem modo recte explicant Kochius et Duentzer. De particip. *ἀναρπάξας* h. l., vide, quae attulit Duentzer.

B. Causalis significatio.

Ἀπό in causalem vim transiens designat:

α) *originem*, unde quid provenit.

κ 350. *γίγνονται γ' ἔκ τε κρηνέων ἀπό τ' ἀλσέων*
ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν.

Hos versus ejectos vult Nitzschius. Cujus rei causas ab eo allatas Ameisius refutavit.

τ 163. *οὐ γὰρ ἀπὸ δρυός ἐσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης.*

Proverbium [1]), quod apud scriptores antiquitatis et Graecorum et Latinorum saepe occurrit. Vide exempla a Clarkeo h. l. congesta.

β) *modum* quo quid fit.

Η 359, *Μ* 233. *εἰ δὴ τοῦτον ἀπὸ σπουδῆς ἀγορεύεις*

His locis praepositio cum casu suo in adverbialem locutionem transiit, ita fere ut idem exprimat atque *σπουδαίως*. Cfr. Eustath. (560. 29). — Restat denique, ut hic afferam

Ψ 714. *τετρίγει δ' ἄρα νῶτα θρασειάων ἀπὸ χειρῶν*
ἑλκόμενα στερεῶς, ubi *ἀπό* cum *ὑπό* commutatum est [2]).

Tmesis [3]).

Constat, praepositiones, quae nomen inde habent, quod casibus praeponuntur, justum suum locum proxime ante casus tenere. Qua in re tamen liberior eo est usus apud Homerum

1) Eustathius (687. 18) hanc explicationem tradit: *ἀπὸ δρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρης εἶναί τις λέγεται, ὅτε οὐκ ἔστι γένος αὐτοῦ εἰπεῖν.*

2) Cfr. Giseke., qui hoc de loco uberius disputat pag, 164. — De commutatione praepositionum *ἀπό* et *ὑπό* cfr. praeterea Pape. (in Lex. *ἀπό* C. 3.), Bernhardy., pag. 223., Koeppen., ad I 437.

3) In constituendo quibus locis tmesis accipienda sit, multum debeo Hoffmanno (Hom. Untersuch. I *Ἀμφί* in der Ilias. II Die Tmesis in der

et poetas, quod apud eos etiam proxime post casus praepositiones positae inveniuntur [1]) Sed haec praepositionum sedes, casibus proxima, non constans est et firma. Nam ut apud scriptores solutae orationis nonnumquam usu venit, ut inter praepositionem et casum voculae cum iis arte conjunctae ponantur, ita quoque, etsi latius patet, idem fit apud Homerum [2]). Ad rem nobis propositam primum igitur necessarium erit afferre, quibus verbis interpositis praepositio *ἀπό* apud Homerum a casu suo secerni soleat. Sunt autem illa verba:

α) Particulae *δέ* (**E** 147, 691. **Θ** 54. **K** 579. **Λ** 812 **N** 585. **O** 125. **Π** 221, 528, 665. **Ω** 268. *χ* 475. *ψ* 33.), — *μέν* (**O** 125 **Π** 793), — *τέ* (**Π** 650 *κ* 350).

β) Genitivi, qui attributivam vim habent (**Δ** 91, 306. **Θ** 170. *κ* 104. **Λ** 536 **M** 19, 253. **N** 63, 588. **Π** 297. **P** 222 **Σ** 214 **T** 397 **Y** 501 *ι* 60 *λ* 278).

Quum in ejusmodi locis tum in iis, ubi praepositio sive proxime ante sive post casum ponitur, apparet, praepositionem cum casu esse jungendam, nisi aut sententia, aut usus apud Homerum, aut denique Grammaticorum ratio impediat. Quum vero ejusmodi causae obstant, sive alia verba interposita praepositionem a genitivo sejungunt sive genitivus nullus in enunciatione est, tum semper praepositio ad verbum in tmesi est referenda [3]). Quod quum ubique fieri possit, nullo loco *ἀπό* pro adverbio usurpatum putandum est [4]). Jam vero, quum ita po-

Ilias, 1—3. Clausthal 1857—60.), cujus de tmesi praecepta, quoad praepositio *ἀπό* spectatur, in singulis locis valere inveni. Quare, quum illa praecepta hic repetere non neccessarium videatur, praepositionem *ἀπό* solam respiciens, rem quam brevissime attingam.

1) In soluta oratione ita quoque *περί* praepositionem saepe poni, constat. Cfr. Krueg. I 68. 4. 1.

2) Cfr. Krueg. II 68. 5.

3) Praepositionem tum meliore jure ad verbum aliquod in tmesi referri posse, quum idem verbum cum praepositione compositum jam apud Homerum inveniatur, apertum est. Cfr. Hoffm. I. § 5.

4) Cfr. Hoffm. II. Dr. Abteil. pag. 21.

sita est praepositio, ut et ad casum referri possit et ad verbum in tmesi nulla sententiae mutatione [1]), praepositionem cum casu ideo potius jungendam esse putavimus, quod ea propria est vis ac natura praepositionum, ut casus definiant, quare, quum fieri potest, ad eos haud dubie referendae sunt. — His breviter expositis ad tmeses praepositionis *ἀπό* afferendas jam transeamus.

ἀφ — αιρέω

ι 416. *ἀπὸ μὲν λίθον εἷλε θυράων* Cfr. *τ* 61.

ἀφ — αιρέομαι *α*) cum uno accusativo.

E 852 *μεμαὼς ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι*

Schol. A: *γράφεται ὀλέσσαι*, — quam scripturam olim vulgatam fuisse Spitzner monet. Nunc omnes fere in *ἑλέσθαι* mutaverunt.

Γ 294. *ἀπὸ γὰρ μένος εἵλετο χαλκός.*

Π 82. *μὴ φίλον δ' ἀπὸ νόστον ἕλωνται* Cfr. **Π** 545

μ 199. *ἀπὸ κηρόν ἕλοντο ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι*

P 17. *μή σε βάλω, ἀπὸ δὲ θυμõν ἕλωμαι* Cfr. *ξ* 405.

β) cum duobus accusativis.

Θ 108. (*ἵπποι*) *οὓς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἑλόμην.*
θεῶν ἐν γούνασι κεῖται

Y 436. *εἴ κέ σε ἀπὸ θυμὸν ἕλωμαι* [2]).

γ) cum accusativo et genitivo.

κ. 506 *ἢ ἔτι τῶν πλεόνων Θρηκῶν ἀπὸ θυμὸν ἕλοιτο* Cfr. **E** 673

His locis praepositio non cum *τῶν πλεόνων* conjungi potest, nam et caesura tertii pedis [3]) intercedit et genitivus, qui partitivam vim habet.

1) Pro exemplo afferi potest **E** 691 *πολέων δ' ἀπὸ θυμὸν ἕλοντο*, ubi, nullo fere discrimine significationis, genitivus *πολέων* aut e praepositione pendere potest aut e verbo cum praepositione composito.

2) Ipsa constructio his locis ad tmesin accipiendam cogit. Cfr. Hoffm., (II Dr. Abt.) pag. 4, ubi praeterea tmesin omnino in dubium vocantibus satis responsum est.

3) Docet Hoffm. (I § 6), praepositionem per caesuram illam a casu non separatam esse solere. De exceptione, vide II Dr. Abt. § 32.

χ 462 *μὴ καθαρῷ θανάτῳ ἀπὸ θυμὸν ἑλοίμην τάων*
K 458 *τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κυνέην κεφαλῆφιν ἕλοιτο*

Sententia postulat, ut *τοῦ* illud pro genitivo possessivo accipiatur. — Ex his quatuor exemplis Hoffmannus (II Dr. Abt. pag. 21) *K* 506 et 458 affert, quibus praeterea duo alia (*E* 691, *Π* 655) subjunxit; in quibus tamen, causis supra allatis, praepositionem ad casum retulimus. Hoffmanno, praeterea dicenti genitivum his locis neque e praepositione neque e verbo cum praepositione composito pendere [1]), vix assenserim. Nam in locutione illa *ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι* genitivus personae non magis velut extra constructionem positus cogitari posse videtur, quam accusativus, qui invenitur in *Y* 436. Atque exemplum illud in *E* 852 [2]), quod firmissimum ad sententiam suam comprobandam attulit argumentum, nihil prorsus confirmare nobis videtur. Nam ut ibi nullus genitivus, ita ne accusativus quidem occurrit; quare si constans sibi esset Hoffmannus, in locutione illa *ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι* accusativum personae in *Y* 436, exemplo illo in *E* 852 ductus, in dubium vocaret. Jam vero, si praepositio in *K* 458 ad *τοῦ* referatur, duram atque contortam sententiam effici, nemo non videt. Denique non est, cur *ἐξ* pro *ἀπό* in aliis tribus exemplis expectes.

ἀφ — αμαρτάνω

---

1) Verba ipsius haec sunt: "Drei Stellen zeigen den Genitiv bei *ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι*: *E* 691. *Π* 655. *κ* 506. Wir glauben nun nicht dass der Genitiv in allen diesen Stellen von der Praeposition des Compositums abhängt, sondern erklären ihn lieber als den Genitiv des *Woher?* Eben so wenig nehmen wir Praeposition an. Diese könnte man in *K* 458 freilich zu *τοῦ* ziehen, allein in den andern drei Stellen würde man statt *ἀπό* doch eher *ἐξ* erwarten. Der schlagendste Beweis ist aber *E* 852, weil in dieser Stelle gar kein Genitiv steht. Haben wir somit die über die Construction von *ἀφαιρέομαι* in § 18, 2 (*ἀφαιρεῖσθαι hat stets doppelten Accusativ bei sich*) in etwas erweitern müssen, so" —.

2) De scriptura hujus loci antiquam fuisse discrepantiam supra (pag. 39) memoravimus.

P 609. *τοῦ μέν ῥ' ἀπὸ τυτθὸν ἅμαρτεν*, Cfr. *X* 505 [1])

ἀπ — αμάω

φ 300. *ἀπ' οὔατα — ῥῖνάς τ' ἀμήσαντες*

ἀπ — αμύνω *A* 67. *ἥμιν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι*

ἀπ — αράσσω

N 577. *ἀπὸ δὲ τρυφάλειαν ἄραξεν.* Cfr. *Π* 324.

ἀπ — άρχομαι

T 254. *κάπρου ἀπὸ τρίχας ἀρξάμενος* [2])

ἀπο — βάλλω [3])

B 183. *ξ* 500 [4]) *ἀπὸ δὲ χλαῖναν βάλε.* Cfr. *φ* 51.

δ 198. *βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.*

ζ 100. *ἔπαιζον ἀπὸ κρήδεμνα βαλοῦσαι* Cfr. *δ* 358.

ἀπο — δειδίσσομαι

M 52. *ἀπὸ γὰρ δειδίσσετο τάφρος.*

ἀπο — δίδωμι

A 98. *ἀπὸ πατρὶ δόμεναι κούρην* Cfr. *I* 387.

β 78. *ἕως κ' ἀπὸ πάντα δοθείη*

ἀπο — δύω [5])

B 261. *ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω* Cfr. *E* 435.

N 182. *μεμαὼς ἀπὸ τεύχεα δῦσαι* Cfr. *X* 125.

ἀπο — δρύπτω

ε 426. *ἔνθα κ' ἀπὸ ῥινοὺς δρύφθη.*

ἀπ — εἶμι

ζ 40. *πολλὸν γὰρ ἀπὸ πλυνοί εἰσι πόληος.*

Cum Ameisio et Seilero (*ἄπειμι*) *ἀπό* h. l. in tmesi po-

---

1) Praepositio his locis explicari non potest, nisi ad verbum in tmesi refertur. Cfr. Hoffm. II. Dr. Abt. pag. 4.

2) Constructio ipsa h. l. tmesin requirit. Cfr. Hoffm. II Dr. Abt. p. 4.

3) "Das Compositum ist freilich bei Homer nicht nachweisbar, allein *ἀπόβλητος* kommt zweimal vor". Hoffm. Dr. Abt. pag. 21.

4) Lectionem *βάλε* h. l., plurimorum Codd. auctoritate (Cfr. Var. Lect. apud LaRocheum) confirmatam, Ameisius quoque habet; Clarkeus et Crusius, Eustathium sequentes, *θέτο* exhibent.

5) "Das Simplex hat die Bedeutung *ausziehen* nicht". Hoffm. Dr. Abt. pag. 22.

situm censeo[1]). Kuehner (II. § 618. 2) et Fritschius (pag. 59) contra *ἀπό* pro adverbio usurpatum existimant.

ἀπ — εναρίζω[2])

Μ 195, **Ο** 343. *τοὺς ἐνάριζον ἀπ᾽ ἔντεα*

ἀπ — ερύκω[3])

Ω 156, 185. *ἀπό τ᾽ ἄλλους πάντας ἐρύξει* Cfr. § 283.

ἀφ — ίημι

Δ 77. *τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται*

ἀφ — ικνέομαι

μ 2. *ἀπὸ δ᾽ ἵκετο κῦμα θαλάσσης*

ἀπο — καίω[4])

Φ 336. *ἀπὸ Τρώων κεφαλάς καὶ τεύχεα κήαι*

ἀπο — καπύω[5])

Χ 467. *ἀπὸ δὲ ψυχὴν ἐκάπυσεν*

ἀπο — κείρω

Κ 456, **Ξ** 466. *ἀπὸ δ᾽ ἄμφω κέρσε τένοντε* Cfr. **Ν** 546, 548.

ἀπο — κόπτω[6])

Λ 146. *ἀπό τ᾽ αὐχένα κόψας*

Κ 127. *τῷ ἀπὸ πείσματ᾽ ἔκοψα νεὸς.*

ἀπο — λούω[7])

Ξ 7. *λούσῃ ἄπο βρότον αἱματόεντα* Cfr. **Σ** 345, **Ψ** 41.

---

1) "Quid enim requiritur hoc loco quam *πολλὸν ἄπεισι* multum absunt?" Lehrs. pag. 96.

2) "Das Wort ist metrisch unmöglich und steht der Bedeutung des Simplex nahe". Hoffm. Dr. Abt. pag. 22.

3) Dicenti Hoffmanno (Dr. Abt. pag. 22), constructionem *ἐρύκω τι ἀπό τινος* apud Homerum non reperiri, ita assentior, ut in *E* 322 (*ἠρύκακε ἵππους νόσφιν ἀπὸ φλοίσβου*) praepositionem non proprie e verbo *ἠρύκακε* pendere existimem. Cfr. pag. 36).

4) "*Ver*brennen. Sonst nicht bei Homer nachweisbar". Hoffm. Dr. Abt. pag. 22.

5) "Das Wort nur an dieser Stelle, und zugleich metrisch unmöglich. Das Simplex fehlt". Hoffm. l. c.

6) "Das Simplex heisst concidere" Hoffm. l. c.

7) "Das Simplex heisst nie lavando removere, sondern nur etwa *benetzen*" Hoffm. l. c.

ἀπο — λύω

Ω 76, 116. *ἀπό δ᾽ Ἕκτορα λύσῃ.* Cfr. γ 391.

μ 420. *ἀπὸ τοίχους — λῦσε κλύδων τρόπιος·*

ἀπο — νίζω

Η 425. *ὕδατι νίζοντες ἄπο βρότον αἱματόεντα*

ἀπο — ξέω

Ε 81. *ἀπὸ δὲ ξέσε χεῖρα βαρεῖαν.*

ἀπ — όλλυμι

Π 861, μ 350. *ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσαι*
Cfr. **Θ** 90, 270. **Κ** 452. **Λ** 433. **Μ** 250. **Σ** 92.

ω 428. *ἀπὸ δ᾽ ὤλεσε λαούς* Cfr. **Ω** 609. β 49. τ 71.

β 174. *ὀλέσαντ᾽ ἄπο πάντας ἑταίρους*
Cfr. ι 534. λ 114. μ 141. ν 340.

Κ 186. *ἀπὸ τέ σφισιν ὕπνος ὄλωλεν* Cfr. **Κ** 187.

Λ 764. *κ᾽ ἀπὸ λαὸς ὄληται* Cfr. § 68, 181.

ἀπ — ομόργνυμι

Ε 416. *ἀπ᾽ ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ·*

ἀπ — ορούω **Μ** 83. *ἀπὸ πάντες ὄρουσαν.*

Φ 593. *πάλιν δ᾽ ἀπὸ χαλκὸς ὄρουσεν — βλημένου,*[1])

ἀπο — πέμπω β 133. *ἀπὸ μητέρα πέμψω.*

ἀπο — πέτομαι **Ν** 587. *ἀπὸ δὲ πτάτο ὀιστός.*

Π 467, κ 163, τ 454. *ἀπὸ δ᾽ ἔπτατο θυμός.*

ἀπο — ρήγνυμι

Μ 459. *ῥῆξε δ᾽ ἀπ᾽ ἀμφοτέρους θαιμούς.*

Π 587. *ῥῆξεν δ᾽ ἀπὸ τοῖο τένοντας*[2]) Cfr. **Ο** 537.

ἀπο — ρίπτω

Χ 406. *ἀπὸ δὲ λιπαρὴν ἔρριψε καλύπτρην τηλόσε*

ἀπο — σκεδάννυμι

ϑ 149. *σκέδασον δ᾽ ἀπὸ κήδεα θυμοῦ·*[3])

---

1) Sine causa *ἀπό* h. l. pro adverbio usurpatum existimant Kuehner II. § 618. 2. et Fritschius pag. 59. D.

2) "Dass *τοῖο* (= *τοῦ αὐχένος*) nicht von der Praeposition abhängt, zeigt sich leicht." Hoffm. Dr. Abt. pag. 22.

3) Cum Hoffmanno (I pag. 15 b) *ἀπό* h. l. in tmesi positum censeo. Tmesin praeterea accipiunt Seiler et Pape. — Crusius *θυμοῦ* illud genitivum

ἀπο — σχίζω

δ 507 ἤλασε πέτρην, ἀπὸ δ' ἔσχισεν αὐτήν·

ἀπο — τάμνω

Γ 292. ἦ, καὶ ἀπὸ στομάχους ἀρνῶν τάμε Cfr. Τ 266.[1])

Ψ 867. ἀπὸ μήρινθον τάμε ὀιστός Cfr. Χ 328. σ 86.

ἀπο — τίθημι

φ 119. ἀπὸ δὲ ξίφος ὀξὺ θέτ' ὤμων.

ἀπο — πλήσσω

Λ 146. χεῖρας ἀπὸ ξίφεϊ πλήξας[2])

ἀπο — φθίνω

ψ 331. ἀπὸ δ' ἔφθιθεν ἐσθλοὶ ἑταῖροι

ἀπο — χέω

χ 20, 85. ἀπὸ δ' εἴδατα χεῦεν ἔραζε

ἀπ — ωθέω

Ε 308. ὦσε δ' ἀπὸ ῥινὸν τρηχὺς λίθος.

---

separativum esse existimat et ἀπό adverbii loco usurpatum. Nitzschius, qui hunc locum cum Ψ 158 comparat, et Gisekeus (pag. 168) θυμοῦ ex ἀπὸ pendere censent.

1) "Die Genitive sind possessiv." Hoffm. Dr. Abt. pag. 23.

2) Lectionem πλήξας Faesius et Duentzer quoque praebent; Heyneus, Spitzner, Crusius contra τμήξας exhibent. Cfr. LaRoche. (Die Homerische Textkritik im Alterthum, Leipzig 1866) pag. 341.